






Ulrich Middeldorf



Thomas Stanton
May 25 - 1870
Via del Corso Vecchio
Roma

PROPRIVM
SANCTORVM
ROMANORVM PONTIFICVM
ET ALIORVM
PRO SACROSANCTA ROMANA
CATHEDRALI ECCLESIA
LATERANENSI

A Sac. Rit. Congregatione approbatum.

*Ad commodiorem usum, in quatuor Annis
Partes, distributum.*



ROMÆ, Typis Tinassij. MDCXC.

SVPERIORVM PERMISSV.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.



G. A. Barigioni In: & del:

B. Fayjat Scul.



FLAVIUS

Miseratione Diuina

EPISCOPVS PORTVENSIS

S. R. E. CARD. CHISIUS

Sacrofanctæ Lateranensis Ecclesiæ

ARCHIPRESBYTER

CAPITVLO ROMANO

Vniuersoque Clero Lateranensi, perennem
in Christo SALVATORE salutem.



ATER, & Magistra omnium Ecclesiarum, Romana Ecclesia Lateranensis, (a) disponente Domino, super omnes alias obtinens Principatum, vtpotè Mater vniuersorum Christi Fidelium; (b) Sicuti ad honorem est condita SALVATORIS, qui nimirum omnium est Caput Electorum, sic ex inconcussis Summorum Pontificum sanctionibus, (c) Sanctorumque Patrum autoritatibus, Apex quidam, & Vertex est omnium Ecclesiarum, ac summitas, & culmen totius Christianæ Religionis effecta, Ecclesia est Ecclesiarum, & Sancta Sanctorum; (d) Ideoque Archibasilica

titulo decoratur, eòquòd suprà omnes, & singulas alias Ecclesias, Romani Pontificis Ouiù Christi Archipastoris, (e) veluti electa Sponsa, fuerit à Deo destinata . Vt autem diuinis præcipuè laudibus, tamquam Sponsa ornata Viro suo, frequenter Thalamum spiritualem adornet, Romanorum Sanctorum Pontificum festos dies, annua, & solemnè celebritate, recenset .

Cum igitur Sacra Rituum Congregatio, Sanctorum nostrorum Pontificum Officia, quæ optabamus, approbare dignata iam fuerit; operæ pretium duximus, simul cum alijs Sanctorum Lateranensium Officijs, & cum approbato Kalendario nostro, typis recentibus ipsa mandare, atque ad commodiorem vsu, iuxta quatuor Anni partes, quadripartitis libellis distinguere; Eo fine ad hoc permoti, vt facilius, & alacrius in supradictis Sanctis suis, & præsertim Pontificibus, quibus supremam suam iurisdictionem, è Cælo in terris conferre placuit, Christum SALVATOREM nostrum, inuisibile Ecclesiæ Caput, & Principem Pastorum, laudare, & benedicere valeamus .

Studeamus ergo, Cerui instar desiderantis fontes aquarum, sitienti animo, & ore, haurire aquas de fontibus SALVATORIS; debitasque eidem gratias agamus; Quod elegerit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quam dilexit; & ad ministerium Sacratissimi Sanctua-

rij, quod firmauerunt manus eius, dignatus fuerit nos, præ alijs euocare. Vnanimi, & concordi laudum suffragio, Confiteamur illi in Ecclesia Magna; & studiosè simul, ac deuotè, In Cathedra Seniorum laudemus eum, Vt exaudiat de Templo sancto suo vocem nostram. Sic enim, expleto tandem fidelis nostræ seruitutis officio, dicemus in illa die. Suscepimus Deus misericordiã tuam, in medio Templi tui. Dat. Romę ex Ædib. nostris 8. Kal. Mart. 1690.

F. Card. Chisius Archipresbyter.



(a) S. Bernard. Abb. Serm. de Nat. S. Io. Bapt. in fin. (b) Concil. Rom. Lateran. sub Innoc. III. (c) Constit. Greg. XI. & B. Pij V. ac alior. in Archiu. Later. seruat. (d) S. Petr. Dam. in Epist. ad S. R. E. Ep. Card. Lateran. (e) Theodor. Studita in Epist. ad Leonem Papam.

T A B V L Æ P E R P E T V Æ

Indicantes quolibet Anni mense, Horas Italicas celebrandi Missam, recitandi Officium Diuinum, seruandi Præcepta Ecclesiastica.

Notanda pro vsu sequentium Tabularum.

S Equentes Tabulæ, ordinatæ pro eleuatione Poli graduum 41. possunt sine vlllo scrupulo transferri ad aliã eleuationem graduum propinquorum 42. sub quã comprehenditur in Italia, Roma cum suis locis adiacentibus. In his autem Tabulis non id spectamus, vt assignemus horam præcisam, & punctum temporis præscripti: Cum enim fere quotidie fiat mutatio alicuius minuti, non poterit haberi hora certa, sine vsu alicuius Tabulæ Generalis. Solum igitur intendimus assignare horam paulò citiorem, vel vltiorem vera, & astronomica, quam in humanis actibus sufficientem existimant Theologi, ad satisfaciendum circumstantiæ temporis, requisitæ in obseruatione Præceptorum Ecclesiasticorum, quam ideo appellant Tempus morale, siue Horam moralem.

Prætereà, quoniam horæ hic assignatæ respondent Horologijs rotalibus, quæ pulsû campanæ significant horas; non erunt ex illis detrahenda crepuscula, quemadmodum detrahi solent in alijs Tabulis, quæ referuntur ad Horologia solaria. Sed hora, exempli gratia, decima octaua tunc erit planè, quando audietur campana Horologij pulsata sexies.

Tertio si alicubi audiantur pura Horologia, licetbit cuique sequi quod ipse maluerit; quamuis id ferius, aut citius, quam alia efferat horas, dummodo notabilis differentia, non indicet euentem errorem.

TABVLA PRIMA.

Docens horas Meridiei, & Matutini priuatim recitandi.

Cognitio autem Meridiei necessaria est.

Missæ

Primo. Sacerdotibus quibus regulariter sine privilegio non licet celebrare Missam post Meridiem, nisi paulò post ipsum.

Ieiunium Ecclesiasticum.

Secundo. Pro obseruantia Ieiunij Ecclesiastici; nam ante Meridiem non licet comedere, nisi anticipatio esset modici temporis, qualem putant aliqui Theologi semihoram, alij vnus horæ, atque etiam amplius. Omnino satis erit, si Meridies inueniat quempiam prandentem, quamuis eo tempore prandium declinaret ad finem.

Signum salutandi B. M. V.

Tertio. Aedituis, siue Custodibus Ecclesiarum, qui hac hora solent campanis dare signum salutandi B. V. Mariam.

Denique additur altera Tabella horarum matutini priuatim recitandi, secundum iam receptam opinionem, quod exacta tertia parte diei artificialis, dicta olim ab Hebræis (secundum meliorem diuisionem) Hora nona; possit priuatim recitari Matutinum diei sequentis, cum illa hora perolutæ iam sint in Ecclesijs, Vesperæ diei currentis.

Menses	Dies	Hora Meridiei	Tempus Matut.	Menses	Dies	Hora Merid.	Tempus Matut.
Ianuar.	1 ad 12	19	21 & 1 q.	Filius	1 ad 12	16	19 & 3 q.
	13 ad 31	18 & 3 q.	21 & 1 q.		13 ad 31	16 & 1 q.	20
Februari	1 ad 15	18 & m.	21	Augu.	1 ad 15	16 & m.	20
	16 ad 24	18 & 1 q.	21		16 ad 25	16 & 3 q.	20 & 1 q.
	25 ad 28	18	20 & 3 q.		26 ad 31	17	20 & 1 q.
Mart.	1 ad 5	18	20 & 3 q.	Septē.	1 ad 5	17	20 & 1 q.
	6 ad 15	17 & 3 q.	20 & 3 q.		6 ad 16	17 & 1 q.	20 & m.
	16 ad 26	17 & m.	30 & m.		17 ad 27	17 & m.	20 & m.
	27 ad 30	17 & 1 q.	20 & m.		28 ad 30	17 & 3 q.	20 & 3 q.
Aprilis	1 ad 10	17 & 1 q.	20 & m.	Octo.	1 ad 10	17 & 3 q.	20 & 3 q.
	11 ad 20	17	20 & 1 q.		11 ad 20	18	21
	21 ad 30	16 & 3 q.	20 & 1 q.		21 ad 31	18 & 1 q.	21
Maius.	1 ad 15	16 & m.	20	Nouē.	1 ad 15	18 & m.	21
	16 ad 31	16 & 1 q.	20		16 ad 30	18 & 1 q.	21 & 1 q.
Iunius.	Per tot.	16	19 & 3 q.	Decē.	Per tot.	19	21 & 1 q.

TABVLA SECVNDA

Exhibens horas Mediæ noctis , & finis
Crepusculi vespertini.

Cognitio mediæ noctis est necessaria .

*Missa, vel
sacra Co-
munio .*

Primo. Ad obseruationem ieiunij naturalis , vo-
lentibus celebrare Missam, vel sacram Commu-
nionem percipere postridie mane , qui ab hora me-
diæ noctis, prohibentur sumere cibum aut potum .

*Ieiun. Ec-
clesiæ ab
sinentia à
cibis .*

Secundo. Ad obseruationem ieiunij Ecclesiastici, &
abstinentiam à cibis prohibitis Feria 6. & Sabbatho ;
quarum obligatio, à media nocte habet initium pro
die sequenti , & finem pro præcedenti .

*Festa ex
præcepto .*

Tertio . Ad obseruationem dierum Festorum ex
præcepto ; cum obligatio abstinentiæ ab operibus ser-
uilibus , eodem modo habeat initium à media nocte
&c. (quicquid sit de more aliarum regionum) non
enim licet interea dare operam rebus seruilibus . ni
si fortè ad medicum tempus , variè definitum à
Doctoribus .

Nuptia .

Quarto. Propter prohibitionem celebrandi Nup-
tias : quæ sicut incipit media nocte præcedente Fe-
riam 4. Cinerum ; & Dominicam primam Aduentus,
secundum Ritus Romanum , (licet in aliquibus
regionibus incipiat à primis Vesp. Sabbathi) sic de-
finit mediâ nocte quæ sequitur diem Epiphaniæ , &
Dominicam in Albis .

*Matut. in
Choro .*

Quinto. Pro Religiosis , qui media nocte solent
surgere , vt canant in Choro Matutinum .

Sexto. Denique , cum aliquot Theologi sentiant
Indulgentias concessas Ecclesijs , vsque ad occa-
sum Solis , adhuc acquiri posse , dum durat Crepus-
culum vespertinum (Ital. ce Alba della sera) quod
est verus , & perfectus terminus diei (manet enim
aliquandiu etiam post occasum Solis , aer super Ho-
rizontem illuminatus , vt dicitur inferius) ideo of-
tenditur quoque finis Crepusculi vespertini .

Menses	Dies	Media Nox	Crepusculi vespert. finis.
Ianuarius.	I ad 12	7	I & I q.
	13 ad 31	6 & 3 q.	I & I q.
Februär.	I ad 15	6 & med.	I & I q.
	16 ad 24	6 & I q.	I & I q.
	25 ad 28	6	I
Martius.	I ad 5	6	I
	6 ad 15	5 & 3 q.	I
	16 ad 26	5 & med.	I
	27 ad 31	5 & I q.	I
Aprilis.	I ad 10	5 & I q.	I & I q.
	11 ad 20	5	I & I q.
	21 ad 30	4 & 3 q.	I & I q.
Maius.	I ad 15	4 & med.	I & med.
	16 ad 31	4 & I q.	I & med.
Iunius.	Per totum	4	I & 3 q.
Iulius.	I ad 12	4	I & 3 q.
	13 ad 31	4 & I q.	I & med.
August.	I ad 15	4 & med.	I & med.
	16 ad 25	4 & 3. q.	I & med.
	26 ad 31	5	I & I q.
Septemb.	I ad 5	5	I & I q.
	6 ad 16	5 & I q.	I & I q.
	17 ad 27	5 & med.	I
	28 ad 30	5 & 3 q.	I
Oftober.	I ad 10	5 & 3 q.	I
	11 ad 20	6	I
	21 ad 31	6 & I q.	I
Novemb.	I ad 15	6 & med.	I & I q.
	16 ad 30	6 & 3 q.	I & I q.
Decembr.	Per totum	7	I & I q.

TABVLA TERTIA

Ostendens horas Auroræ , siue initij
Crepusculi matutini (Italice Alba
della mattina) & Ortus Solis.

A Vrora siue Crepusculum matutinum (Italice
Alba della mattina) nihil est aliud , nisi pri-
mus radius per quem aer propinquior Horizonti ,
à Sole illuminatur , dum adhuc est sub terra per 18.
gradus ; qui sicuti mane paulatim accedens , eum
successiue illuminat , donec exoriatur : ita etiam
vespere post occasum recedens , eundem successiue
priuar lumine , donec desinat omninò per vltimum
radius illuminare . Neque tamen quis prohiber
quominus alicubi vbi vel monte proximo , vel alio
quopiam accidente sit , vt vel primus , vel vltimus
aer modo iam dicto illuminatus minimè appareat)
eadem ipsa hora hic notata sit principium , aut finis
Auroræ siue Crepusculi matutini &c.

Est igitur necessaria cognitio horarum initij Au-
roræ siue crepusculi matutini .

Missæ .

Primo. Sacerdotibus , quibus regulariter sine pri-
uilegio non licet ante illius initium , Missas celebra-
re , nisi forte anticipatio esset exigui temporis .

*Salutatio
B. M. V.*


Secundo. Propter signum salutandi Beatus. Vir-
ginem , mane dari solitum in Ecclesijs : quod sicut
non debet præcurrere Auroram : ita non expectan-
dus est aer valde clarus , secundum vsum nostræ Sa-
cro sanctæ Lateranensis Archbasilicæ , & cæterarum
Basilicarum Urbis .

Postremò additur Tabula ortus Solis , ad com-
moditatem tum illorum Religiosorum , qui tunc
temporis solent canere Primam in Choro tum Pres-
byterorum secularium , qui eadem hora congregan-
tur , ad inchoanda in suis Ecclesijs Officia Di-
uina , & propter alios vsus . Horæ igitur vtrius-
que Tabulæ , in singulis mensibus sunt sequentes .

Men-

Menſ	Dies	Aurora	Ortus Solis	Menſe	Dies	Aurora	Ortus Solis
Janu.	1 ad 4	12 & 3 q.	14 & m.	Julius	1 ad 6	6 & m.	8 & m.
	5 ad 15	12 & m.	14 & 1 q.		7 ad 18	6 & 3 q.	8 & 3 q.
	16 ad 24	12 & 1 q.	14		19 ad 27	7	9
	25 ad 31	12	13 & 3 q.		28 ad 31	7 & 1 q.	9 & 1 q.
Febr.	1 ad 7	11 & 3 q.	13 & m.	Auguſt	1 ad 5	7 & m.	9 & 1 q.
	8 ad 12	11 & m.	13 & 1 q.		6 ad 12	7 & 3 q.	9 & m.
	13 ad 18	11 & 1 q.	13		13 ad 17	8	9 & 3 q.
	19 ad 24	11 & 1 q.	12 & 3 q.		18 ad 24	8 & 1 q.	10
	25 ad 28	11	12 & m.		25 ad 31	8 & m.	10 & 1 q.
Mart	1 ad 7	11	12 & 1 q.	Septēb.	1 ad 4	8 & 3 q.	10 & m.
	8 ad 12	10 & 3 q.	12		5 ad 8	9	10 & 3 q.
	13 ad 17	10 & m.	11 & 3 q.		9 ad 12	9 & 1 q.	11
	18 ad 22	10 & 1 q.	11 & m.		13 ad 16	9 & m.	11
	23 ad 25	10	11 & 1 q.		17 ad 20	9 & 3 q.	11 & 1 q.
	26 ad 28	9 & 3 q.	11 & 1 q.		21 ad 26	10	11 & m.
29 ad 31	9 & m.	11	27 ad 30	10 & 1 q.	11 & 3 q.		
April	1 ad 4	9 & 1 q.	11	Octob.	1 ad 6	10 & m.	12
	5 ad 9	9	10 & 3 q.		7 ad 12	10 & 3 q.	12 & 1 q.
	10 ad 15	8 & 3 q.	10 & m.		13 ad 18	11	12 & m.
	16 ad 20	8 & m.	10 & 1 q.		19 ad 23	11	12 & 3 q.
	21 ad 26	8 & 1 q.	10		24 ad 28	11 & 1 q.	13
	27 ad 30	8	9 & 3 q.		29 ad 31	11 & m.	13 & 1 q.
Maius	1 ad 3	7 & 3 q.	9 & 3 q.	Nouēb	1 ad 4	11 & m.	13 & 1 q.
	4 ad 9	7 & m.	9 & m.		5 ad 11	11 & 3 q.	13 & m.
	10 ad 18	7 & 1 q.	9 & 1 q.		12 ad 18	12	13 & 3 q.
	19 ad 26	7	9		19 ad 26	12 & 1 q.	14
	27 ad 31	6 & 3 q.	8 & 3 q.		27 ad 30	12 & m.	14 & 1 q.
Iunij	1 ad 8	6 & m.	8 & 3 q.	Decem	1 ad 9	12 & m.	14 & 1 q.
	9 ad 30	6 & 1 q.	8 & m.		10 ad 31	12 & 3 q.	14 & m.

DE INDICITIONE ROMANA.



Indictio est tributi, vel exactionis genus, seu potius statum tempus, quod ab antiquis Romanis Gentibus subditis indicebatur, hoc est imperabatur. Illud itaque tria Lustra, & quodlibet Lustrum, quinque annos complectebatur. Vnde Indictio, quindecim annorum est curriculum; ex cuius usu annorum ipsorum ratio constitui coepta est, Constantino imperante, anno Christi 313. ante diem viij. Kal. Octobris, quo die victus Maxentius, Religioque Christiana in libertatem vindicata est. Ergo quasi à primordijs Christianae libertatis, Niceni Concilij autoritate, institutum est, vt sublatis Olympiadibus, annorum ratio ab eo tempore iniretur, sic vt xv. quoque anno noua esset Indictio, anni autem singuli Indictionis numero annotarentur. Nimirum igitur, si in Romana Ecclesia ille numerandi vsus a deo inualuit, vt non solum in contractibus, alijsque scriptu-

ris publicis , sed & in ipsis Rescriptis Apostolicis, Indictionis
numerus , vt annis currentibus correspondet , identidem
comperiat. Quapropter non abs re visum fuit, supra def-
criptam Tabellam hic apponere , qua perpetuis futuris tem-
poribus facillè inueniatur Indictionis numerus, annis singulis
applicandus , hoc pacto videlicet , vt post annum 1704. quo
in Tabella Indictio est xii. anno sequenti 1705. illa sit xiii.
& successiue, vt in ipsa Rota , in perpetuum.



DE CYCLO SOLARI, ET LITT. DOM.



Cycus (quod apud Græcos Orbem , Circulum , seu Rotundum significat) Solaris condictus , intervallum est 28. annorum , quo Litteræ Dominicalis (à Dominica Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi sic dictæ :) nec non Bissextilium , ac aliorum annorum occurrentes pro tempore varietates quasi digito designantur . Nec idè Solaris vocatur , quasi eo spatio Sol ad eundem redeat locum ; sed quia ex Solis motu ille regulatur ; hac utpotè ratione , ut cum dies hebdomadæ sint septem numero , annusque bissextilis singulis quadriennijs recurat . & tunc dies in mense Februario intercaletur , numerus septenarius quater multiplicatus vigesimum octavum efficiat numerum .

Hæc

Hæc porrò Rota facilè tibi erit in vsu, si post annum 1717. in hac Tabella vltimum, cui Cyclus Solaris 18. numero, & Littera Dominicalis B, correspondent: Anno sequenti 1718. Cyclum solarem 19. & Litteram Dominicalem A, attribuas, & sic de reliquis per cirumuolutionem in perpetuum. Hoc tamen peculiariter obseruando, quod cum statu tū fuerit singulis quadringentis annis, tres omitti Bissextos, atque adeo anno 1700. vnus, deinde anno 1800. duo, & postmodum anno 1900. tres Bissexti relinqui debeant: in his Centenariis, & alijs eiusmodi annis, si duplex littera occurrat, prima solummodo in vsu est habenda illo anno.



DE EPACTIS.



E Pacta Græcis, Latinis Additio dicitur, vnde, quod ad Kalēdarium attinet, nihil aliud est quàm vndecim dierum additamentum quibus Annus Solaris 365. dierum, Lunarem Annum dierum 354. excedit. Vbi verò in annum aliquem cadit asteriscus * tunc aduenit Embolismus, hoc est insititius seu intercalaris, quia tunc quasi interferitur, seu intercalatur decima tertia Lunatio ex superabundantibus 30. diebus conuinnata. Epactæ porrò (vt vides) sunt numero 29. in seipias quasi circulatione per additionem vndenariam, & deductionem trigesimali numeri, si superest, reuoluentes; & ita Nouilunia designantes, vt quolibet anno illa adueniant priùs quàm anno antecedenti vndecim diebus, non sanè omnimodo, quo Astronomi obseruant, rigore; sed aliquantum etiam quàm isti seriùs, ad statutam Paschatis Resurrectionis Dominicæ celebrationem; de qua sat diffusè apud alios.

TABVLA TEMPORARIA

FESTORVM MOBILIVM:

Anni Dñi.	Septua- geſima.	Dies Ci- nerum.	Paſcha.	Aſcenſio Domini.	Penteco- ſtes.	Corpus Chriſti.	Dñicar' Aduent.
1690	22 Ian.	8 Feb.	26. Mar.	4 Maij	14. Maij	25 Maij	3. Dec.
1691	11 Feb.	28 Feb.	15. Apr.	24 Maij	3. Iunij	14 Iunij	2. Dec.
1692	3 Feb.	20 Feb.	6. Apr.	15 Maij	25. Maij	5 Iunij	30. Nou.
1693	18 Ian.	4 Feb.	22. Mar.	30 Apr.	19. Maij	21 Maij	29. Nou.
1694	7 Feb.	24 Feb.	11. Apr.	20 Maij	30. Maij	10 Iunij	28. Nou.
1695	30 Ian.	16 Feb.	3. Apr.	12 Maij	22. Maij	2 Iunij	27. Nou.
1696	19 Feb.	7 Mar.	22. Apr.	31 Maij	10. Iunij	21 Iunij	3. Dec.
1697	3 Feb.	20 Feb.	7. Apr.	16 Maij	26. Maij	6 Iunij	30. Nou.
1698	26 Ian.	12 Feb.	30. Mar.	8 Maij	18. Maij	29 Maij	29. Nou.
1699	15 Feb.	4 Mar.	19. Apr.	28 Maij	7. Iunij	18 Iunij	28. Nou.
1700	7 Feb.	24 Feb.	11. Apr.	20 Maij	30. Maij	10 Iunij	28. Nou.
1701	23 Ian.	9 Feb.	27. Mar.	5 Maij	25. Maij	26 Maij	27. Nou.
1702	12 Feb.	1 Mar.	16. Apr.	25 Maij	4. Iunij	15 Iunij	3. Dec.
1703	4 Feb.	21 Feb.	8. Apr.	17 Maij	27. Maij	7 Iunij	2. Dec.
1704	20 Ian.	6 Feb.	23. Mar.	1 Maij	11. Maij	22 Maij	30. Nou.
1705	8 Feb.	25 Feb.	12. Apr.	21 Maij	31. Maij	11 Iunij	29. Nou.
1706	31 Ian.	17 Feb.	4. Apr.	13 Maij	23. Maij	3 Iunij	28. Nou.
1707	20 Feb.	9 Mar.	24. Apr.	2 Iunij	12. Iunij	23 Iunij	27. Nou.
1708	5 Feb.	22 Feb.	8. Apr.	17 Maij	27. Maij	7 Iunij	2. Dec.
1709	27 Ian.	13 Feb.	31. Mar.	9 Maij	19. Maij	30 Maij	1. Dec.
1710	16 Feb.	5 Mar.	20. Apr.	29 Maij	8. Iunij	19 Iunij	30. Nou.
1711	1 Feb.	18 Feb.	5. Apr.	14 Maij	24. Maij	4 Iunij	29. Nou.
1712	24 Ian.	10 Feb.	27. Mar.	5 Maij	15. Maij	26 Maij	27. Nou.
1713	13 Feb.	1 Mar.	16. Apr.	25 Maij	4. Iunij	15 Iunij	3. Dec.
1714	28 Ian.	14 Feb.	1. Apr.	15 Maij	20. Maij	31 Maij	2. Dec.
1715	17 Feb.	6 Mar.	21. Apr.	30 Maij	9. Iunij	20 Iunij	1. Dec.
1716	9 Feb.	26 Feb.	12. Apr.	21 Maij	31. Maij	11 Iunij	29. Nou.
1717	31 Ian.	17 Feb.	4. Apr.	13 Maij	23. Maij	3 Iunij	28. Nou.
1718	13 Feb.	2 Mar.	17. Apr.	26 Maij	5. Iunij	16 Iunij	27. Nou.
1719	5 Feb.	22 Feb.	9. Apr.	18 Maij	28. Maij	8 Iunij	3. Dec.

I A N V A R I V S.

Habet
dies
31.



Luna
vero
29.

Cyc. L.	D.	Ritus	
Epa. D.	M.		
* A	Kal.	1 Circumcisio Domini.	Duplex.
29 b	iv	2 Oct. S. Stephani.	Duplex.
28 c	iiij	3 Oct. S. Ioannis.	Duplex.
27 d	Prid.	4 Oct. SS. Innocentium.	Duplex.
26 e	Non.	5 Vigilia Epiphaniæ.	Semid.
25, 25 f	viiij	6 Epiphania Domini.	Duplex.
24 g	vij	7 De Octaua	}
23 A	vj	8 De Octaua	
22 b	v	9 De Octaua	
21 c	iiii	10 De Octaua	
20 d	iiij	11 De Octaua	
19 e	Prid.	12 De Octaua	}
18 f	Idib.	13 Octaua Epiphaniæ.	
17 g	xix	14 FEBRVAR. Hilarij Episc. & Cof.	Duplex.
		Commem. S. Felicis Presb. & M.	Semid.
16 A	xviiij	15 Pauli primi Eremitæ Confessoris.	}
		Commem. S. Mauri Abbatis.	
15 b	xvij	16 Marcelli Papæ, & Martyris.	Duplex.
14 c	xvj	17 Antonij Abbatis.	Duplex.
13 d	xv	18 Cathedra S. Petri Romæ.	Duplex.
		Comm. S. Priscæ Virg. & Mart.	}
12 e	xiiii	19 Canuri Martyris.	
		Comm. SS. Marij, Marthæ, Au-	}
11 f	xiiij	20 Fabiani pp. & Sebastiani Martyrū.	
10 g	xij	21 Agnus Virg. nis, & Martyris.	Duplex.
9 A	xj	22 Anastasi Martyris.	Duplex.
8 b	x	23 Raymundi de Pegnafort Confess.	Semid.
		Comm. S. Emerentianæ V. & M.	}
7 c	ix	24 Timothei Episcopi, & Martyris.	
6 d	viiij	25 Conuerso S. Pauli Apost. II.	Duplex.
5 e	vij.	26 Polycarpi Episcopi, & Martyris.	Semid.
4 f	vj	27 Vitaliani Papa. & Confessoris	Duplex.
3 g	v	28 Agnetis secundæ Virg. & Martyris.	Duplex.
2 A	iiii	29 Francisci Saleijs Episc. & Confess.	Semid.
1 b	iiij	30 Felicis pp. Papæ, & Confessoris.	Duplex.
* c	Prid.	31 Petri Nolasci Confessoris.	Duplex.

F E B R V A R I V S.

Habet
dies
28.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.
29	d	Kal.	1 Ignatij Episcopi, & Martyris.
28	e	iv	2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
27	f	iii.	3 Dionysij Papæ, & Confessoris.
25:26	g	Prid.	4 Commem. s. Blasij Episc. & M. Andræ Corsini Episc. & Confess. <i>Ante non erit Cmis.</i>
25:24	A	Non.	5 Agathæ Virginis, & Martyris.
23	b	viii.	6 Zosimi Papæ, & Confessoris.
22	c	vij.	7 Comm. s. Dorotheæ Virg. & M. Romualdi Abbatis.
21	d	vj.	8 Ioannis de Matha Confessoris.
20	e	v	9 Antheri Papæ, & Martyris.
19	f	iiii.	10 Comm. s. Apolloniæ Virg. & M. Telephori Papæ, & Martyris.
18	g	iii.	11 Agathonis Papæ, & Confessoris.
17	A	Prid.	12 Hygini Papæ, & Martyris.
16	b	Idib.	13 Gregorij II. Papæ, & Confessoris.
15	c	xvj.	14 MARTII Io: Chrysol. Ep. & Conf. Comm. s. Valentini Presb. & M. Inuen. Corporu SS. Diodori Presb. Mariani Diac. & Socior. Mart.
14	d	xv	15 Comm. ss. Faust. & Iouitæ MM. Vincentij Martyris.
13	e	xiiii.	16 Martiæ Virginis, & Martyris.
12	f	xiii.	17 Simeonis Episcopi, & Martyris.
11	g	xii.	18 <i>Septuag. post non erit.</i>
10	A	xi.	19
9	b	x.	20
8	c	ix.	21
7	d	viii.	22 Cathedra S. Petri Antiochiæ.
6	e	vij.	23 Vigilia.
5	f	vj.	24 Matthiæ Apostoli.
4	g	v.	25 Felicis III. PP. Conf. <i>Locus B. sexti.</i>
3	A	iiii.	26
2	b	iii.	27
1	c	Prid.	28

In Anno Bissextili Februarius est dierum 29. & Fest. S. Matthiæ cele-
brat. 25. Febr. & his dieb. vi. Kalen. die 24. & die 25. & Litera Dominic.
que sumpta fuit in Iannatio, mutatur in precedentem.

MAR-

M A R T I V S.

Habet
dies
3 I.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.		
29	d	Kal.	1	Simplicij Papæ, & Confessoris.	Duplex.
28	e	vj	2		
27	f	v	3	Lucij I. Papæ. & Martyris.	Duplex.
26	g	iv	4	Casimiri Confessoris.	Semid.
25	a	iiij	5		
24	b	Prid.	6	Thomæ de Aquino Conf. & Eccl. Doctois.	Duplex.
	c	Non.	7	Comm. ss. Perpetuæ, & Felicita- tis Martyrum.	
23	d	viiij	8		
22	e	vij	9	Franciscæ Viduæ Romanæ.	Duplex.
21	f	vi	10	Quadragesima Martyrum. <i>Post non erit Cmis.</i>	Semid.
20	g	v	11		
19	a	iiii	12	Gregorij Papæ, & Confessoris, & Ecclesiæ Doctois.	Duplex.
18	b	iiij	13		
17	c	Prid.	14	Zachariæ Papæ, & Confessoris.	Duplex.
16	d	Idib.	15		
15	e	xviiij	16	APRILIS.	
14	f	xvj	17	Pattitij Episcopi, & Confessoris.	Semid.
13	g	xv	18		
12	a	xiiii	19	Joseph Confessoris.	Duplex.
11	b	xiiij	20	Ioachim Confessoris.	Duplex.
10	c	xij	21	Benedicti Abbatis.	Duplex.
9	d	xj	22		
8	e	x	23		
7	f	ix	24	Annunciatio Beatæ Mariæ Virg.	Duplex.
6	g	viiiij	25		
5	a	vij	26		
4	b	vj	27		
3	c	v	28	Xysti III. Papæ, & Confessoris.	Duplex.
2	d	iiii	29		
1	e	iiij	30		
	f	Prid.	31		

A P R I L I S.

Habet
dies
30.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.		Ritus	
39	G	Kal.	1	Venantij Martyris .	Duplex .
38	A	iv	2	Francisci de Paula Confessoris .	Duplex .
27	b	iiij	3		
25, 24	c	Prid.	4		
24	d	Non.	5	Vincentij Ferrerij Confessoris .	Sem. lib.
23	e	viiij	6	Xyiti I. Papæ . & Martyris	Duplex .
22	f	vij	7	Cælestini I. Papæ , & Confessoris .	Duplex .
21	g	vj	8		
20	A	v	9		
19	b	iiii	10		
18	c	iiij	11	Domnionis Episc. & socior. MM.	Duplex .
17	d	Prid.	12	Iulij I. Papæ , & Confessoris .	Duplex .
16	e	Idib.	13	Hermenegildi Martyris .	Semid.
15	f	xviiij.	14	M A I I . Leonis I. Papæ , & Conf. Gomm. ss. Tiburtij, Valetiani , & Maximi Martyrum .	Duplex .
14	g	xvij	15		
13	A	xvj	16	Translatio Caputum SS. Apostolo- rum Petri , & Pauli .	Duplex .
12	b	xv	17	Aniceti Papæ , & Martyris .	Duplex .
11	c	xiiii	18		
10	d	xiiiij	19	Leonis IX. Papæ , & Confessoris .	Duplex .
9	e	xij	20		
8	f	xj	21	Anselmi Episcopi , & Confessoris .	Semid.
7	g	x	22	Soteris, & Caij Pontificum, & MM.	Duplex .
6	A	ix	23	Georgij Martyris .	Semid.
5	b	viiij	24		
4	c	vij	25	Marci Evangelistæ <i>Vltimum Pascha .</i>	Duplex .
3	d	vj	16	Cleti , & Marcellini PP. & MM.	Duplex .
2	e	v	27	Anastasij Papæ , & Confessoris .	Duplex .
1	f	iiii	28	Vitalis Martyris ,	
1	g	iiij	29	Petri Martyris .	Duplex .
29	A	Prid.	30	<i>Ante non erit Ascensus .</i> Catharinæ Senensis Virginis .	Duplex .

Habet
dies
31.



Luna
verò
29.

Syc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.		
28	b	Kal.	1	Philippi, & Iacobi Apostolorum.	Duplex.
27	c	vj	2	Athanasij Episcopi, & Confessoris.	Duplex.
26	d	v	3	Inuentio S. Crucis. Comm. SS. Euentij, & Theoduli Mart. ac Iuuenalis Ep. & Cof.	Duplex.
25, 25	e	iv	4	Monicz Viduz.	Semid.
24	f	iiij	5	Pii V. Papæ, & Confessoris.	Duplex.
23	g	Prid.	6	Ioannis antè pottam Latinam.	Duplex.
22	A	Non.	7	Benedicti II. Papæ, & Confessoris.	Duplex.
21	b	viiij	8	Apparitio S. Michaelis Archangeli.	Duplex.
20	c	vij	9	Gregorij Nazianzeni Epite & Cof.	Duplex.
19	d	vj	10	Gordiani, & Epmachi Martyrum. <i>Ante non venit Ignis.</i>	Duplex.
18	e	v	11	Alexandri I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
17	f	iv	12	Pancratij Martyris.	Duplex.
16	g	iiij	13	Stanislaï Episcopi, & Martyris.	Semid.
15	A	Idid.	14	Paschalis I. Papæ, & Confessoris. Commem. s. Bonifacij Martyris.	Duplex.
14	b	Idib.	15	Nerei, Achillei, & Domitillæ MM.	Semid.
13	c	xvij	16	IVNII. Vbaldi Episcopi, & Conf.	Duplex.
12	d	xvj	17	Venantij Martyris.	Semid.
11	e	xv	18	Petri Gziesini V. Papæ, & Conf.	Duplex.
10	f	xiv	19	Commem. s. Pudentiæ Virg. Bernardini Senensis Confessoris.	Semid.
9	g	xiiij	20		
8	A	xij	21		
7	b	xj	22	<i>Ante non erit Corpus.</i>	
6	c	x	23		
5	d	ix	24		
4	e	viiij	25	Vrbani Papæ, & Martyris.	Duplex.
3	f	vij	26	Eleutherij Papæ & Martyris.	Duplex.
2	g	vj	27	Ioannis I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
1	A	v	28	Bonifacij IV. Papæ, & Confessoris.	Duplex.
*	b	iv	29	Gregorij VII. Papæ, & Confess.	Duplex.
30	c	iiij	30	Felcis I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
28	d	Prid.	31	Philippi Neri Confessoris. Commem. s. Petronillæ Virginis.	Duplex.

I V N I V S.

Habet
dies
30.



Luna
verò
30.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.		
27	e	Kal.	1	Mariae Magdalenae de Pazzis Virg.	Semid.
25:26	f	iv	2	Eugenii. PP. Cof. Com. s. brafmi m.	Duplex.
25:24	g	iiij	3	Marcellini, & Petri Martyrum. <i>Post non erit Ascensus.</i>	Semid.
23	A	Prid.	4		
22	b	Non.	5		
21	c	viiij	6		
20	d	vij	7	Norberti Episcopi, & Confessoris,	Duplex.
19	e	vj	8		
18	f	v	9	Primi, & Feliciani Martyrum.	
17	g	iiii	10		
16	A	iiij	11	Barnabae Apostoli.	Duplex.
15	b	Prid.	12.	Leonis III. Papae, & Gonf. Comm. ss. Basilidis, Cyrini, &c. MM.	Duplex.
14	c	Idib.	13	Antonij de Padua Confessoris. <i>Post non venit Ignis.</i>	Duplex.
13	d	xviii	14	IV LII. Basilij Maeni Ep. & Conf.	Duplex.
12	e	xvij	15	Viti, Modesti, atq; Crescentiae MM.	
11	f	xvj	16		
10	g	xv	17		
9	A	xiv	18	Marci, & Marcelliani Martyrum.	
8	b	xiiij	19	Geruasij, & Protasij Martyrum.	
7	c	xij	20	Siluerij I. Papae, & Martyris.	Duplex.
6	d	xj	21	Commem. SS. MM. & alior. SS. quo- rum Corp. & Reliq. in nostris Sacrif. Ecclesia coluntur.	Duplex.
5	e	x	22	Paulini Episcopi, & Confessoris.	Duplex.
4	f	ix	23	Vigilia.	
3	g	viii	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistae. <i>Post non erit Corpus.</i>	Dup. j. cl.
2	A	vij	25	De Oct. Natiuit. S. Io: Baptistae.	Semid.
1	b	vj	26	Ioannis, & Pauli Martyrum.	Semid.
4	c	v	27	Comm. Oct. Natiuit. s. Io: Baptistae	
3	d	iiii	28	De Oct. Natiuitatis s. Io: Baptistae	Semid.
2	e	iiij	29	Leonis II. PP. Cof. Cof. Oct. & Vig.	Duplex.
30		Prid.	30	Petri, & Pauli Apostolorum. Commem. S. Iulij Apostoli Commem. Oct. Natiuit. s. Io: Bapte.	Duplex.

I V L I V S .

Habet
dies
31.



Luna
verò
30.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.		
26	g	Kal.	1	Oct. S. Jo: Bapt. Com. Oct. Apostol.	Duplex.
25	A	vj	2	Vistario Beate Mariæ Virginis. Com. Oct. Apost. ss. Processi &c. M.	Duplex.
24	b	v	3	Pauli I. PP. & Conf. Com. Oct. Ap.	Duplex.
23	c	iv	4	Elisabeth Regine Portugalliæ Vid. Commem. Oct. Apostolorum.	Sem. lib.
22	d	iiij	5	De Octava Apostolorum.	Semid.
21	e	Prtd.	6	Octava Apostolor. Petri, & Pauli. Dom. j. non imped. post Oct. Apost.	Duplex.
				Com. Omnium SS. Roman. Pont.	Duplex.
20	f	Non.	7		
19	g	viiij	8	Margaritæ Reginæ Scotiz Viduæ.	Sem. lib.
18	A	vij	9		
17	b	vj	10	Ruffinæ, & Secundæ VV. & MM.	Duplex.
16	c	v	11	Pij I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
15	d	iv	12	Ioannis Gualberti Abbat. . Com. ss. Naboris, & Felicis MM.	Duplex.
14	e	iiij	13	Anacleti Papæ, & Martyris.	Duplex.
13	f	Prtd.	14	Bonaventuræ Ep. Conf. & Ec. Doct.	Duplex.
12	g	Idib.	15	Henrici I. Imperatoris Confessoris.	Semid.
11	A	xvij	16	AVGVSTI. Septem Fratrum MM.	Semid.
10	b	xvj	17	Leonis IV. PP. Cõt. Com. S. Alexij C.	Duplex.
9	c	xv	18	Symphorosæ cū septem filijs MM.	
8	d	xiv	19	Symmachi Papæ, & Confessoris.	Duplex.
7	e	xiiij	20	Margaritæ Virginis, & Martyris.	
6	f	xij	21	Praxe. is Virginis.	Duplex.
5	g	xj	22	Mariæ Magdalenz.	Duplex.
4	A	x	23	Apollinaris Episcopi, & Martyris.	Duplex.
3	b	ix	24	Vigil. & Com. s. Christinæ V. & M.	
2	c	viiij	25	Iacobi Apostoli. Commem. s. Christophori Mart.	Duplex.
1	d	vij	26	Annæ Matris Beate Mariæ Vrg.	Duplex.
*	e	vj	27	Pantaleonis martyris:	
29	f	v	28	Victoris I. Inoc. I. Pent. &c. mm.	Duplex.
28	g	iv	29	Felicis II. Papæ. & martyris. Com. ss. Simplicij, &c. martyr.	Duplex.
27	A	iiij	30	Marthæ V. Com. ss. Abdon, &c. mm.	Semid.
25-26	b	Prtd.	31	Ignatii Confessoris.	Duplex.

Habet
dies
31.



Luna
verò
30.

Cyc. Epa.	D. D.	D. M.	Ritus
25, 24	c	Kal.	1 Petri ad Vin. Com. ss. Machab. M.M.
23	d	iv	2 Stephani I. Papæ, & Martyris.
22	e	iii	Inuentio S. Stephani Protomart.
21	f	Prid.	4 Dominici Confessoris.
20	g	Non.	5 Dedicatio S. Mariæ ad Nives.
19	A	viii	6 Transfig. D.N.I. Christi, cum O&.
18	b	vii	7 Caletani Confessoris. Comm. O&.
17	c	vj	8 Transfig. & s. Donati Episc. & M.
16	d	v	9 Cyriaci, & c. MM. Com. o& Transf.
15	e	iu	Xyti II. Papæ, & Martyris.
14	f	iii	10 Com. o& Trâs. Vig. & s. Rom. m.
13	g	Prid.	11 Laurentij Martyris.
12	A	Idib.	12 Hormidæ PP. Conf. Comm. O&.
11	b	xix	13 Trâs. s. Laur. ac ss. Tiburtij & c. m.
10	c	xviii	14 Clare V. Com. o& Trâs. & s. Laur.
9	d	xvii	15 O&taua Transfig. Commem. O&.
8	e	xvj	16 s. Laur. & ss. Hippolyti & c. MM.
7	f	xv	17 SEPTEMB. De O&taua. s. Lauren. ij.
6	g	xiiii	18 Comm. Vigil. & s. Eusebij Conf.
5	A	xiii	19 Assumptio Beatz Mariæ Virginis.
4	b	xii	20 Hyacinthi Confessoris.
3	c	xi	21 Comm. o& Assumpt. & s. Laur.
2	d	x	22 O& s. Laur. Comm. O& Assumpt.
1	e	ix	23 De O& Assumpt. Com. s. Agapiti M.
29	f	viii	24 De O&taua Assumptionis.
28	g	vii	25 Bernardi Abb. Com. O& Assumpt.
27	A	vj	26 De O&taua Assumptionis.
26	b	v	27 O& Assumpt. Com. ss. Timot. & c. M.
25	c	iu	28 Vigilia.
24	d	iii	29 Bartholæi Apostoli.
23	e	ii	30 Zephyrini Papæ, & Martyris.
22	f	Prid.	31 Ludouici Confessoris.
			Aug. mini Ep. Conf. & Eccl. Do & c.
			Comm. s. Hermetis Martyris.
			Decoll. s. Io. Bap. Com. s. Sabing M.
			Felicis, & Adaulii Martyrum.
			Ryemandi Noanati Confessoris.

S E P T E M B E R.

Habet
dies
30.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus
23	f	Kal.	1 Ægidij Abbatis .
22	g	iv	2 Com.ss.duodecim Fratrum MM.
21	A	iii	3 Stephani Hungariz Regis Confess.
20	b	iiij	4
19	c	Prid.	5
18	d	Non.	6
17	e	viiij	7
16	f	vij	8 Natiu.B.M.V. Comm.s.Adriani M.
		v	9 Dotnin. inf. Oct. Natiuitatis B.M.V.
15	g	v	10 Festum SS. Nominis Mariæ .
14	A	iv	11 Sergij Papæ. & Confessoris .
13	b	iiij	12 Com. Oct. Nati. & s. Gorgonij M.
12	c	Prid.	13 Hilari PP. Cof. Com. oct Nat. B.M.
11	d	Idib.	14 Nicolai de Tolentino Confessoris .
10	e	xviiij	15 Com. oct. Nat. & ss. Proti & c. mm.
9	f	xvij	16 De Octaua Natiuitatis .
8	g	xvj	17 De Octaua Natiuitatis .
7	A	xv	18 OCTOB. Exaltatio s. Crucis .
6	b	xiiii	19 Commem. Octau. Natiuitatis .
5	c	xiiiij	20 Oct. Nat. B.M. Com.s. Nicomed. m.
4	d	xiiij	21 Euphemæ Virginis, & Martyris .
3	e	xij	22 Comm. ss. Lucæ & c. Martyrū .
2	f	xi	23 Impressio Sac. Stigm. S. Francisci :
1	g	x	24 Thomæ de Villanoua Ep. & Conf.
30	A	ix	25 Ianuarij Episc. & sociorum Mart.
29	b	viiiij	26 Agapiti PP. Conf. Comm. Vigiliz .
28	c	viiij	27 Mauthæi apof. & Euangelizæ .
27	d	vij	28 Cornelij Papæ, & Cypriani MM.
26	e	v	29 Com. ss. Mauriij, & socior. MM.
25	f	iiiiij	30 Lini PP. & M. Com.s. Theclæ V.M.
24	g	iiiiij	31 Eustachij, & socior. Martyrum .
23	A	iiiiij	32 Cypriani, & Iulianæ Martyrum .
22	b	iiiiij	33 Cofinz. & Damiani Martyrum .
21	c	iiiiij	34 Venceslai Martyris .
20	d	iiiiij	35 De. uocatio S. Michaelis Archangell
19	e	iiiiij	36 Hieronymi Presb. Cof. & Ec. Doct.
18	f	iiiiij	
17	g	iiiiij	

OCTO-

O C T O B E R.

Habet dies
31.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus.
22	A	Kal.	1 Remigij Episcopi, & Confessoris.
21	b	vj	2 Ss. Angelorum Custodum.
20	c	v	3 Eusebij Papæ, & Confessoris.
19	d	iv	4 Francisci de Assisio Confessoris.
18	e	iiij	5 Placidi, Sociorumque Martyrum.
17	f	Prid.	6 Brunonis Confessoris.
16	g	Non.	7 Marci Papæ, & Confessoris.
15	A	viii	8 Comm. ss. Sergij, Bacchi, & c. MM.
14	b	vij	9 Birgittæ Viduæ.
13	c	vj	10 Dionysij Episcopi, & Martyris.
			11 Rustici, & Eleutherij Martyrum.
			12 Eadē die Francisci Borgiæ Conf. transferen. iuxta Reg. Rubric.
12	d	v	13 Eduardi Confessoris.
11	e	iv	14 Calixti Papæ, & Martyris.
10	f	iiij	15 Tereziæ Virginis.
9	g	Prid.	16 NOVEMBRIS.
8	A	Idub.	17 Edulgis Viduæ.
7	b	xvij	18 Euxæ Evangelistæ.
6	c	xvi	19 Petri de Alcantara Confessoris.
5	d	xv	20 Hilariōnis Abbatis. Comm. s. Vrsulæ, & Sociarum Virg. & Mart.
4	e	xiv	21 Chrysanthi, & Dariz Martyrum.
3	f	xiiij	22 Euacii Papæ, & Martyris.
2	g	xij	23 Bonifacij Papæ, & Confessoris.
1	A	xj	24 Commem. Vigilæ.
29	b	x	25 Simonis, & Iuæ Apostolorum.
28	c	ix	26 Vigilæ.
27	d	viii	27 Vigilæ.
26	e	vij	28 Vigilæ.
25	f	vi	29 Vigilæ.
24	g	v	30 Vigilæ.
23	A	iv	31 Vigilæ.
22	b	iiij	
21	c	Prid.	

N O V E M B E R .

Habet
dies
30.



Luna
verò
29.

Cyc. Epa.	L. D.	D. M.	Ritus
21	d	Kal.	1 Festum Omnium Sanctorum . Duplex .
20	e	iv	2 De Octava Omnium Sanctorum . Semid .
19	f	iiij	3 Cæsarei Matr. Com. Oct. omniū SS. Duplex .
18	g	Prid.	4 Caroli Episcopi , & Confessoris . Duplex . Com. Oct. & ss. Vitalis, &c. MM.
17	A	Non.	5 Zachariae Conf. Commem. Octau. Duplex .
16	b	v iij	6 De Octava Omnium Sanctorum . Semid .
15	c	vij	7 De Octava Omnium Sanctorum . Semid .
14	d	vj	8 Octava Omnium Sanctorum . Duplex . Com. ss. Quatuor Coronat. MM.
13	e	v	9 Dedicat. nostræ Sacros. Archibasil. Dup. j. cl. Saluatoris, cum Octava . Duplex .
12	f	iiii	10 Deusdedit PP. & Conf. Com. Oct. Duplex . Dedic. & ss. Triphonis &c. MM.
11	g	iiij	11 Martini Ep. Cōf. Cō. Oct. & s. Men. m. Duplex . Martini I. PP. & M. Com. Oct. Dedi. Duplex .
10	A	Prid.	12 Nicolai I. PP. Cōf. Com. Oct. Dedi. Duplex .
9	b	Idib.	13 DECEMB. Didaci Cōf. Com. Oct. Semid .
8	c	x viij	14 De Octava Dedicationis . Semid .
7	d	xvij	15 Octava Dedicationis . Duplex .
6	e	xv	16 Gregorij Thaumaturgi Ep. & Cōf. Semid .
5	f	xlv	17 Dedicatio Basilicar. Petri, & Pauli. Duplex .
4	g	xiiij	18 Pontiani Papæ. & Martyris . Duplex .
3	A	xij	19 Felicis de Valois Confessoris . Dup. lib.
2	b	xj	20 Presentatio Beatæ Mariæ Virginis. Duplex .
1	c	x	21 Cæcilie Virginis, & Martyris . Duplex .
29	d	ix	22 Clement. I. PP. M. Com. s. Felicis. m. Duplex .
28	e	viiij	23 Elisabeth Reginæ Hung. Viduæ . Duplex . Comm. s. Chrysoconi Martyris.
27	g	vij	24 Catharina Virginis, & Martyris . Duplex .
26	A	vj	25 Gelasij I. PP. Cōf. Cō. s. Pet. Alex. m. Duplex .
25	b	v	26
24	c	iiii	27
23	d	iiij	28 Gregorij III. Papæ. & Confessoris . Duplex . Vigilia, & Com. s. Saturnini M.
22	e	iiij	29
21	g	Prid.	30 Andreæ Apostoli Duplex .

Aduent. Domini celebratur Dominica proximiori Festo S. Andrea, sine ante, sine post. Et si Festum illud venerit in Dominica, ipsa die celebratur. Non erit ante diem 27. Nouembris, neque post, Decembris.

D E C E M B E R.

Habet
dies
31.



Luna
verò
29.

Cyc. Epi.	L. D.	D. M.	Ritus.	
20	t	Kal.	1 Diodori Presbyteri, Matiani Diaconi, & Sociorum Martyrum.	Duplex.
19	g	iv	2 Bibianæ Virginis, & Martyris.	Semid.
18	a	iiij	3 Francisci Xaverij Confessoris.	Duplex.
17	b	Prid.	4 Barbaræ Virginis, & Martyris.	Duplex.
16	c	Non.	5 Sabbæ Abbatis.	
15	d	viiij	6 Nicolai Episcopi, & Confessoris.	Duplex.
14	e	vij	7 Ambrosij Episcopi, & Confessoris.	Duplex.
13	f	vj	8 Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
12	g	v	9 Eutychiani PP. M. Com. Oâ. Con.	Duplex.
11	a	iiii	10 Melchitadis PP. M. Com. Oâ. Con.	Duplex.
10	b	iiij	11 Damasi I. PP. Cof. Com. Oâ. Con.	Duplex.
9	c	Prid.	12 De Oâta Conceptionis.	Semid.
8	d	Idib.	13 Luci V & M. Com. Oâ. Concep.	Duplex.
7	e	xix	14 IANVARII. De Oâ. Concep.	Semid.
6	f	xviiij	15 Oâ. Concep. Com. s. Eusebij Ep. M.	Duplex.
5	g	xvii	16	
4	a	xvj	17	
3	b	xv	18	
2	c	xiiii	19	
1	d	xiiiij	20	Vigilia.
	e	xij	21 Thomæ Apostoli.	Duplex.
29	f	xj	22	
28	g	x	23	
27	a	ix	24 Vigilia.	
26	b	viiiij	25 Natiuitas D. N. I. Christi.	Duplex.
25-25	c	vij	26 Stephani Protomartyris.	Duplex.
	d	vj	27 Commem. Oâ. Natiuitatis.	
24	e	v	28 Ioannis Apostoli, & Evangelistæ.	Dup. j. cl.
23	f	iiii	29 Commem. Oâ. Natiuit. tantum.	
22	g	iiiij	30 SS. Innocentium Martyrum.	Duplex.
21	a	iiij	31 Commem. Oâtauarum.	
19-20	b	Prid.	32 Thomæ Cantuariensis Ep. & Mart.	Semid.
	c		33 Commem. Oâtauarum.	
	d		34 De Dominica infra Oâ. Natiuit.	Semid.
	e		35 Vel de Oâta. Comm. Oâtauar.	Duplex.
	f		36 Siluestri Papæ & Confessoris.	
	g		37 Commem. Oâtauarum.	

PROPRIVM
SANCTORVM
AD VSVM CLERI ROMANI
LATERANENSIS.

Pars Hyemalis.



COMMEMORATIO
SALVATORIS,
ET VTRIUSQUE IOANNIS;

Sacrofanctæ Archibasilicæ Titularium .

Antiphona ad Vesp. & Laudes :

SALVATOR mundi salua nos omnes huius
Aulæ seruulos, & Præcursoris inclyti, Discipu-
lique dilecti deuota memoria, vota nostra perducatur
in patriam.

A D V E S P E R A S .

γ. Mirabilis Deus . ✠. In Sanctis suis .

A D L A V D E S :

γ. Saluos fac seruos tuos .

✠. Deus meus sperantes in te .

O R E M V S .

OMnipotens sempiternæ Deus, qui hanc Sacra-
tissimam Constantinianam Basilicam in tuo,
& vtriusque Ioannis nomine dedicatam, cunctarum
Vrbis, & Orbis Ecclesiarum decorasti primatu:
concede nobis famulis tuis, vt amborum meritis,
& precibus, à nostris reatibus expiati, ad te Salua-
torem nostrum peruenire valeamus . Qui viuus &c.

MAter, & Magistra omnium Ecclesiarum Ec-
clesia Romana, cui dictum est, Ego pro te
rogavi, vt non deficiat fides tua, in honorem
S. Ioannis Baptiste post Saluatoris nomen conse-
crata est, & signata . Diuus Bernardus Abbas
Serm. de Natiuit. S. Ioannis Baptiste .

FESTA NOVEMBRIS.

Die xxviiij.

IN FESTO S. GREGORII III.

PAPÆ, ET CONFESSORIS.

Duplex.

Vesp. de S. Gregorio.
Ad Magnif. Antiph.Sacerdos, & Pontifex,
& virtutum opifex, pa-
stor bone in populo,
ora pro nobis Domi-
num.

Oratio.

DA quæsumus om-
nipotens Deus,
vt beati Gregorij con-
fessoris tui, atque Pon-
tificis veneranda so-
lemnitas, & deuotio-
nem nobis augeat, &
salutem. Per Domi-
num nostrum.Deinde fit comme-
moratio feriae.In j. Noctur. Lectio-
nes de Scriptura oc-
currente.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Gregorius huius
nominis tertius,
natione Syrus, Patre
Ioanne, Gregorio se-
cūdo vita functo, vna-
nimi Cleri, & populi
consensu, necnon diui-
no quodam instinctu,
cum dignissimus om-
nium esset, subrogatus
est, anno Christi sep-
tingentesimo triges-
imo primo. Vir singu-
lari doctrina, & virtu-
te, latina, & græca lin-
gua eruditus, mirabili
dicendi facundia, atq;
adeò felici memoria,
vt totum psalterium

memoriter recitaret ;
is demum, quem præ-
decessori suo Grego-
rio, doctrina, & pru-
dentia, sapientissimi
homines æquiparan-
dum esse, duxerunt .

R. Inueni David ser-
uum meum, oleo san-
cto meo unxi eum . *

Manus enim mea au-
xiliabitur ei .

V. Nihil proficiet ini-
micus in eo, & filius
iniquitatis non noce-
bit ei . **M**anus .

Lectio v.

Catholicę fidei pro-
pugnator acerri-
mus, Leonem Isaurum
Imperatorem Icono-
clastam paternis mo-
nitis, & literis ad sa-
niores mentem redu-
cere conatus est ; sed
cùm nihil proficeret,
conuocato Romę no-
naginta quinque Epi-
scoporum Concilio,
sacrarum imaginum

cultū, Apostolico de-
creto firmavit, & diro
anathemate ferijt Ico-
nónachos . Quę cum
ad Leonis aures per-
uenissent, aliũs rugire
cæpit, misitque aduer-
sus Gregorium flo-
rentissimam classẽ,
cum potētissimo exer-
citu, sed hæc, volente,
ac vindice Deo, in
Adriatico, sæua tem-
pestate agitata, sædo
naufragio periijt .

R. Posui adiutorium
super potentẽ, & exal-
taui electum de plebe
mea . * **M**anus enim
mea auxiliabitur ei .

V. Inueni David ser-
uum meũ, oleo sancto
meo unxi eũ . **M**anus .

Lectio vj.

Multa quoque à
Luitprando Lõ-
gobardorũ Rege ini-
quẽ passus est, qui &
Vrbem longa obsidio-
ne cinxit, & sancti Pe-

tri Basilicam sacrilega manu diripuit ; in his angustijs, sanctissimus Pontifex ad Carolum Martellum , antecessoris exemplo , Legatos cum sacris muneribus destinauit, muniuit Urbis mœnia, largas ingenos eleemosynas erogauit , nouas Basilicas à fundamentis extruxit, antiquas ornauit, ac restaurauit, Vaticanã præsertim, intra quam, Oratorium auro, argento, gemmis, omnique pretiosi operis genere ditatū erexit, in quo Sanctorum Apostolorum, & Martyrum reliquias, summa cura, & diligentia toto Christiani Orbis ambitu cōquisitas reposuit, & colendas exposuit, eo maximè tēpore, quo illas Agiomachi diabolico furore proculcabant. Mul-

ta Monasteria restituit, & sanctis legibus instruxit, statuitque, vt Presbyteri, & Monachi alternis noctu, diuque diuinas laudes celebrarent. Fractus demum laboribus, meritis licet, atque virtutibus inclytus, anno sui Pontificatus vndecimo nōdum peracto, quarto Kalēdas Decēbris piē obiit in Domino, & in prædicto Oratorio sepultus est.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est : * **I** pse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est, qui cōtempnit vitam mundi, & peruenit ad cælestia regna. **I** pse . **G**loria Patri. **I** pse .

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Homo

peregrè .de communi
Conf. Pontif.

Ad Laud. fit côm,fer.

In ij. Vesp. ad Magnif.

Antiph. Dum esset sū-
mus Pontifex, terrena
non metuit, sed ad cæ-
lestia regna gloriosus
migravit .

Orat. D a quæsumus ,
&c. vt supra .

Deinde fit comm.fer.

Posteà S. Saturnini
Martyris .

Antiph. Iste sanctus
pro lege Dei sui certa-
uit vsque ad mortem ,
& à verbis impiorum
non timuit : fundatus
enim erat supra firmã
petram .

V̄. Gloria , & honore
coronasti eū Domine .

R̄. Et constituisti eum
super opera manuum
tuarum . Oratio .

DEVS, qui nos beati
Saturnini marty-
ris tui concedis nata-
litio perfrui : eius nos

tribue meritis adiuua-
ri. Per Dominum.

FESTA DECEMBR.

Die prima .

In Festo SS. Diodóri
Presbyteri, Mariani
Diaconi , & So-
ciorum MM.

Duplex .

Vesper. de S. Andrea
Apostolo .

Deinde fit commem.
SS. Diodori &c. Mar-
tyrum .

Antiph. Istoru est enim
regnum Cælorum, qui
contempserunt vitam
mundi, & peruenerunt
ad præmia regni, & la-
uerunt stolas suas in
sanguine Agni .

V̄. Latamini in Domi-
no, & exultate iusti .

R̄. Et gloriamini om-
nes recti corde .

Oratio .

DEVS, qui nos con-
cedis Sanctorum
Martyrum tuoru Dio-
dóri, Mariani, & Socio-

rum natalitia colere :
da nobis , in aeterna
beatitudine de eorum
societate gaudere. Per
Dominum .

Posteâ fit commem.
feriæ .

In j. Nocturno Le-
ctiones de Scriptura
occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Diodorus Presby-
ter , & Marianus
Diaconus regente Ec-
clesiam Beato Step-
hano Primo Papa, pieta-
te, & religione conspi-
cui, cum ad Sepulchra
beatorum Martyrum
Chrysanthi, & Dariæ
orationis gratia cum
incredibili multitudine
virovum, ac mulie-
rum conuenissent, Nu-
merianus Cæsar ea re
cognita os, & aditum
speluncæ, in qua præ-
dictorum Martyrum
Corpora condita erât,

obstrui iussit: & cum,
vndique terra demit-
teretur, omnes simul
ruina oppressi ad feli-
cissimam Martyrij cor-
ronam percipiendam
in Cælum auolarunt.
Horum Corpora pos-
teâ sedente Stephano
Sexto inuenta, ingenti
Vrbis gaudio, & con-
cursu, solemni pompa
in nostrum Lateranê-
se Patriarchium dela-
ta sunt, vbi hætenus
in Oratorio ad San-
cta Sanctorum con-
quiescunt, & pijsimè
venerantur .

R. Sancti tui Domine
mirabile cōsecuti sunt
iter, seruiètes præcep-
tis tuis, vt inuenirentur
illæsi in aquis vali-
dis : * **T**erra apparuit
arida : & in mari ru-
bro via sine impedi-
mento .

V. Quoniam percussit
petram, & fluxerunt

aquæ, & torrentes inu-
dauerunt . Terra .

LECTIO v.

Sermo S. August. Episc.

Serm. 47. de Sanctis.

Quotiescumque
fratres charissimi,
Sanctorum Marty-
rum solennia celebra-
mus, ita, ipsis interce-
dentibus, expectemus
à Domino consequi
temporalia beneficia:
vt ipsos Martyres imi-
tādo, accipere mereamur
æterna. Ab ipsis
enim, Sanctorum Mar-
tyrum in veritate fe-
stiuitatum gaudia ce-
lebrantur, qui ipsorum
Martyrum exempla
sequuntur. Solemnita-
tes enim Martyrū, ex-
hortationes sunt mar-
tyriorum: vt imitari
non pigeat, quod cele-
brare delectat.

R. Verbera carnificū
non timuerunt Sancti
Dei, morientes pro

Christi nomine: * **V**t
heredes fierent in do-
mo Domini.

V. Tradiderunt cor-
pora sua propter Deū
ad supplicia. **V**t he-
redes. **LECTIO vj.**

Sed nos volumus
gaudere cum Sanctis,
& tribulationem
mundi nolumus susti-
nere cum ipsis. Qui
enim Sanctos Marty-
res, in quantum potue-
rit, imitari noluerit; ad
eorum beatitudinem
non poterit peruenire.
Sed Paulus Apostolus
prædicat, dicens: Si
fuerimus socij passio-
num, erimus & conso-
lationum. Et Dominus
in Euangelio: Si mun-
dus vos odit, scito-
te quia me priorem
vobis odio habuit.
Recusat esse in cor-
pore, qui odium non
vult sustinere cum ca-
pite.

R. Tam-

R. Tamquam aurum, in fornace probauit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum, & pax est electis Dei.

V. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum, & pax est electis Dei.

Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Nocturno Homilia super Euangel. Descendens Iesus de Monte. vt in Comuni plurimorum Mart.

Ad Laudes fit commemor. feriae.

In ij. Vesp. ad Magnif.

Antiph. Gaudent in caelis animae Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem

suum fuderunt; ideo cum Christo exultant sine fine.

Oratio. Deus, qui nos concedis &c. vt supra.

Deinde fit commemor.

S. Bibiana Virg. & M.

Antiph. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparauit in aeternum.

V. Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

DEVS omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginittatis flore martyrij palmam coniunxisti: mentes nostras eius intercessione tibi charitate coniunge, vt amotis periculis, praemia consequamur aeterna. Per Dominum.

Postea fit comm. fer.

DIE IV. DECEMBR.

In festo S. Barbaræ
virg. & mart. Dupl.

Vesp. de S. Francisco
Xauerio à Capit. de
S. Barbara .

Ad Magnif. Antiph.

Veni sponsa Christi,
accipe coronam, quã
tibi Dominus præpa-
rauit in æternum .

Oratio .

DEVS, qui inter cæ-
tera potētia tuæ
miracula etiam in se-
xu fragili victoriam
martyrij contulisti: cõ-
cede propitius, vt qui
beatæ Barbaræ virgi-
nis, & martyris tuæ
natalitia colimus, per
eius ad te exempla,
gradiamur. Per Dñm.

Deinde fit commemor.

S. Francisci Xauerij.

Antiph. Hic vir despi-
ciens mundum, & ter-
rena triumphans, di-
uitias cælo condidit
ore, manu .

V. Iustū deduxit Do-
minus per vias rectas.

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei. Oratio.

DEVS, qui Indiarū
Gētes beati Frā-
ncisci prædicatione, &
miraculis Ecclesiæ tuę
aggregare voluisti, cõ-
cede propitius, vt cu-
ius gloriosa merita ve-
neramur, virtutū quo-
que imitemur exēpla .

Postea fit comm. fer.

In j. Noct. Lect. de
Scriptur. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BARBARA Virgo Ni-
comediensis, Dio-
scori nobilis, sed su-
perstitiosi hominis, fi-
lia, per ea quæ visibi-
lia facta sunt, ad inui-
sibilia, diuina opitu-
lāte gratia, facilē per-
uenit. Quapropter so-
li Deo, rebusque diui-
nis vacare capit. Eam
pater, vtpote forma

venustiori nitentem, à quocumque virorum occurſu tutari cupiēs, turri incluſit; vbi pia Virgo meditationibus & precibus addicta, ſoli Deo, quem ſibi in ſponſum elegerat, placere ſtudebat. Oblata à patre pluries nobilium connubia fortiter ſpreuit: pater verò per ſui abſentiam, filiaꝝ animum poſſe faciliùs emolliri confidens, iuſſit prinò balneum extrui, ne quid ei deeſſet ad commoditatem, deinde peregrè in exterarum regionum profectus eſt.

R. Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam: * **E**t deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. **E**t deducet.

Lectio v.

Ablente patre, iuſſit Barbara duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem diuinæ Trinitatis, labiūque balnei ſacroſanctæ Crucis ſigno muniri, quod vbi rediens Dioscorus inſpexit, audita nouitatis cauſa, adeò in filiam excaudit, vt ſtrictò enſe eā appetens, parum abſuerit, quin eam dirè confoderet; ſed præſtò adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ ſaxum ingens ſe patefaciens viam aperuit, per quā montis ſaſtigiūm petere, & in ſpecu latere potuit, ſed paulò poſt, cum à nequiſſimo genitore reperta fuiſſet, eius latera pedibus, dorſumque pugnis immaniter percuffit, & crinibus per loca aſpe-

ra, difficileſquè vias
raptatâ Marciano præ-
ſidi, puniendam tra-
didit.

R. Dilexiſti iuſtitiam,
& odiſti iniquitatem.*

Propterea vixit te
Deus, Deus tuus oleo
lætitiæ. **V.** Propter ve-
ritatem, & manſuetu-
dinem, & iuſtitiam.

Propterea.

Lectio vj.

ITaque ab ipſo om-
nibus modis, ſed in-
caſſum tentata, nuda
neruis cædi, & inſlicta
vulnera teſtulis cõfri-
cari, deinde in carce-
rem trahi, præcepit;
vbi immenſa luce cir-
cundatus ei Chriſtus
apparens, mirificè cõ-
fortatam in paſſionum
tolerantia cõfirmavit;
quod animaduertens
Iuliana matrona ad fi-
dem cõuerſa, eiufdem
palmæ particeps effe-
cta eſt. Barbaræ demũ

ferreis vnguibus mē-
bra laniantur, facibus
latera incenduntur, &
malleolis caput con-
tunditur, quibus in-
cruciatibus confortem
ſolabatur, & hortaba-
tur, vt ad finem vſque
conſtanter certaret;
præciſis tandem vtri-
que vberibus, nudè per
loca publica tractè ca-
pite plectuntur, filia-
que ceruicem, ipſe
ſceleſtiſſimus pater hu-
manitatis expers pro-
prijs manibus ampu-
tauit; cuius fera cru-
delitas non diũ inulta
remansit; nam ſtatim
eo ipſo in loco fulmi-
ne percuffus interiit.
Pars offium, & velum
huius beatiffimæ mar-
tyris in noſtra Sacro-
ſancta Eccleſia Late-
ranenſi; Caput verò in
Oratorio ad Sancta
Sanctorum honorificè
aſſeruatur.

R. Afferetur Regi virgines post eam, proxima eius, * Afferentur tibi in letitia & exultatione.

V. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. **A**fferentur, **G**loria. **A**fferentur.

In ij. Noct. Homilia super Euang. Simile est regnum caelorum, decem virginibus &c. **vt in Commu. Virg.**

Ad Laud. fit comm. feria.

In ij. Vesp. ad Magnif. Antiph. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparauit in aeternum.

Oratio. Deus, qui inter cetera &c. **vt sup.**

Deinde fit comm. feria.

Postea S. Sabbæ Abb. Antiph. Similabo eum viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, & ornauit eum.

R. Stulam gloriae induit eum. **Oratio.**

Intercessio nos quesumus, Domine, beati Sabbæ Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. **Per Dñm.**

DIE IX. DECEMBR.

In Festo S. Eutychiani Papæ, & mart.

Vesp. de Conceptione B. M. V.

Deinde fit commem. S. Eutychiani.

Antiph. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio .

DEVS, qui nos beati Eutychediani martyris tui, atque Pontificis annua solemnitate lætificas : concede propitius, vt cuius natalitia colimus , de eiusdem etiam protectione gaudeamus .

Postea fit commemoratio .

In j. Noct. Lect. de Scriptur. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

EVtychianus natione Tuscus, patria Lunensis, Marino patre post beati Felicis sacerdotium Romanæ Ecclesiæ Episcopatum suscepit . Constituit fruges, fabas, & vuas super Altari benedici: itemque à fidelibus nullatenus martyrem sepeliri sine dalmatica, aut purpurato colobio, qui cum per

diuersa loca trecentos sexaginta duos martyres sua manu sepelisset, illis, & ipse sociatus, sub Numeriano Imperatore martyrio coronatus est, sexto Idus Decembris, sepultusque in cæmeterio Callisti via Appia. Quinque Ordinationibus mense Decembri creauit Presbyteros quatuordecim, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca nouem. Vixit in Pontificatu annos octo, menses quinque, & dies aliquot .

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * **E**t dedit illi claritatem æternam .

V. Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis nõ dereliquit eum. **E**t dedit illi .

Lectio v.

Sermo S. Maximi Epif.

De S. Cypr. Hom. 2.

IN martyrio beatissimi Eutyechiani fratres charissimi, vniuersa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium, & cælestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumphalis sanguinis decorauit. Fuit enim in eo, sicut compertum habemus, & contra errores diaboli spiritualis sapiëntie plenitudo, aduersum persecutiones mûdi Christiani pectoris mitigata constantia. Quis nõ huiusmodi virũ, quantum valet præconijs, prosequatur, cuius eloquentia inspirata diuinitus, & Ecclesias docuit, & sæculum cõfutauit?

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domi-

ne: * **E**t voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. t voluntate.

Lectio vj.

VErè hic mirabilis, atq; omnium vbique studijs celebrãdus, quem sãctitas sacerdotem, peritia doctorem, fides martyrẽ consecrauit. Pretiosa, inquit Dauid in conspectu Domini mors sanctorum eius. Videte charissimi, in quantum venerabilis Eutyechiani etiam propheticam supergressus est laudem, cuius in conspectu Domini nõ solũ mors, sed & vita extitit pretiosa. Moriendo namque, proprium Christo sãguinẽ dedit:

viuendo nihilominus cohortatione fortissima, innumeros cælo martyres acquisiuit.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus:

Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

V. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. **E**t coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

Gloria Patri. **E**t coronam.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Si quis vult post me venire. de Cōmu. vnius Mart.

In Laud. fit commemor.

Octau. Concept.

An̄a. Conceptionē hodiernā perpetuę virginis genitricis Dei Marię solemniter celebremus, qua celsitudo throni processit, allel.

V. Conceptio est hodie S. Marię virginis.

R. Cuius vita inclyta cūctas illustrat Ecclesias.

Oratio.

FAmulis tuis quæsumus Domine cęlestis gratię munus impertire, vt quibus beatę Virginis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius votiua solemnitas pacis tribuat incrementum.

Deindē fit comm. fer.

In ij. Vesp. à Cap. de S. Melchiadē Papa, & martyre.

Ad Magnif. Antiph.

Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fūdatus enim erat supra firmam petram.

Oratio.

Infirmi-**T**atem nostrā respice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis gra-

uat, beati Melchiadis
martyris tui, atque
Pontificis intercessio
gloriosa nos protegat.
Per Dominum .

Deindè fit commem
S. Eutychediani .

Antiph. Qui vult veni-
re post me abneget se-
metipsū, & tollat cru-
cem suam, & sequatur
me .

V. Iustus vt palma
florebit. R. Sicut ce-
drus Libani multipli-
cabitur .

Oratio. Deus, qui nos
&c. vt supra .

Posteà fit comm. Oct.
Conceptionis .

Antiph. Cōceptio tua,
Dei genitrix Virgo,
gaudium annunciauit
vniuerso mundo: exte-
nim ortus est sol iu-
stitiæ Christus Deus
noster: qui soluens ma-
ledictionem, dedit be-
nedictionem, & con-
fundens mortem do-

nauit nobis vitā sem-
piternam .

V. Conceptio est ho-
die sanctæ Mariæ Vir-
ginis. R. Cuius vita
inclita cūctas illustrat
Ecclesias. Oratio.

Familis tuis, quæ-
sumus Domine,
cælestis gratiæ munus
impertire: vt quibus
beatæ Virginis partus
extitit salutis exordiū;
Conceptionis eius vo-
tiua solemnitas, pacis
tribuat incrementum .

Postremò fit comm.
feriæ .

DIE X. DECEMBRIS.

In Festo S. Melchiadis
Papæ, & Martyris.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de
Script, occur-

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Melchiades Afer
post Eusebium
Romanam tenuit Ec-
clesiam. Qui cum ad-

huc Presbyter esset, misit Diaconos cum literis Maxentij Imperatoris, & literis Præfecti Prætorij ad Urbis Præfectum, vt ea loca reciperet, quæ fuerant Christianis, tempore persecutionis ablata. Reddita autem Ecclesijs pace, Constantinum Augustum adiuere Donatistæ, vt in eorum contra Cæcilianum Charthaginensem Episcopum causa iudices daret. Quibus Constantinus respondit; Petistis à me in sæculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem; Attamen dati sunt Iudices Episcopi tres, missique Romam, ad Melchiam Pontificem, vt ibi pro fratrum cõcordia, & vnitae Synodus co-geretur.

R. Honestum fecit il-

lum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * **E**t dedit illi claritatem eternam. **V.** Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. **E**t dedit.

Lectio v.

IN Urbem itaque hi tres profecti conuenerunt cum alijs quindecim Episcopis, ipsoque Melchiade in domum Faustæ in Lateranis; Vbi causa discussa Cæcilianus omnium Episcoporum sententijs innocens est pronuntiatus, & eiusdem Melchiadis decreto iudicium est clausum. Vt autem Donatistæ Catholicæ vniretur Ecclesiæ, Melchiades (prout scribit Sanctus Augustinus) tamquam vir optimus, filius Christianæ pacis, & pater

Chri-

Christianæ plebis admodum laborauit, oblata etiam conditione, ut quibuscumque in locis duo essent contrariarum factionum Episcopi, is confirmaretur, qui prior fuisset ordinatus, & alteri plebs alia regenda prouideretur.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * **E**t voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **E**t voluntate.

Lectio vj.

S Anxit ne vlla ratione die Dominico, aut quinta feria, quis fidelium ieiunaret, quia eos dies quasi sacro ieiunio deputatos Paganī celebrabant. Item

statuit, ut oblationes consecratę per Episcopum, quę dicebantur fermentum, per Ecclesias dirigerentur, ne Presbyteri in suis Titulis vna cum suis plebibus celebrantes se, ab Episcopi communionē separatos iudicaret. Qui cum in persecutione Maximiani multa passus esset, tandem sub Constantino quieuit in Domino quarto Idus Decembris, sepultusque est in cæmeterio Callisti via Appia; Vna Ordinatione creauit Presbyteros sex, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca vndecim.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus; * **E**t coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

V. Cibauit illum Do-

minus pane vite, & intellectus: & aqua sapientie salutaris potauit illum. **E**t coronam. **G**loria Patri. **E**t coronam.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Si quis venit ad me &c. de commu. vnus Mart.

R. viij. Domine prauenisti &c. vt in eodem Comuni.

Ad Laud. fit comem. **O**ct. Conceptionis, vt supra die 9. curren.

Deinde fit comem. ferie.

In ij. Vesp. a Cap. de S. Damaso Papa, & Confess.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dnm.

Oratio.

Exaudi Domine preces nostras, & interueniete beato Da-

maso confessore tuo, atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per Dominum.

Deinde fit comem. S. Melchiadis.

Antiph. Qui vult venire post me, abneget semetipsu, & tollat crucem suam, & sequatur me.

V. Iustus vt palma, florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmam &c. vt supra.

Postea fit comem. **O**ct. Conceptionis. vt supra die 9. curren.

Postremo fit comem. **DIE XI. DECEMBR.** In Festo S. Damasi Papa, & Confessoris.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de Scriptur. occur.

In ij. & iij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

Ad Laud. fit comm.
Oct. Concept. vt sup.
die 9. curren.

Deinde fit comm.fer.

In ij. Vesperis :

Ad Magnif. Antiph.

Dum esset Summus Pon-
tifex, terrena non me-
tuit, sed ad caelestia re-
gna gloriosus migra-
uit.

Oratio. Exaudi Domi-
ne, &c. vt supra.

Deinde fit commem.

Oct. Conceptionis. vt
sup. die 9. curren.

Postea fit commem.
feria.

DIE XXVII. DECEM.

In Festo

S. Ioannis Apostoli, &
Euangelistae nostri
Titularis.

Duplex 1. class.

Ad Vesp. Antiph.

Tecum principium,
cum reliq. Antiph. &
Psalm. de Natiuit.

Capit. de S. Ioanne

Qui timet Deum &c.

Hymn. Exultet &c. de
commu. Apostol.

V. Valdè honorandus
est beatus Ioannes.

R. Qui supra pectus
Domini in cœna recu-
buit.

Ad Magnif. Antiph.

Iste est Ioannes, qui
supra pectus Domini
in cœna recubuit: Bea-
tus Apostolus, cui re-
uelata sunt secreta ce-
lestia.

Oratio.

ECclesiam tuam,
Domine, benignus
illustra: vt beati Ioan-
nis Apostoli tui, &
Euangelistae illumina-
ta doctrinis, ad dona
perueniat sempiterna.
Per Dominum.

Deinde fit commem.
S. Stephani.

Añs. Sepelierunt Ste-
phanum viri timorati,
& fecerunt planctum
magnum super eum.

V. Stephanus vidit ce-
los apertos.

R. Vidit, & introiuit :
 beatus homo , cui cæli
 patebant. **Oratio.**

DA nobis , quæsu-
 mus Domine, imi-
 tari quod colimus , vt
 discamus & inimicos
 diligere: quia eius na-
 talitia celebramus, qui
 nouit etiam pro per-
 secutoribus exorare
 Dominum nostrum Ie-
 sum Christum filium
 tuum .

**Posteà fit comm. Na-
 tiuit. Domini .**

Antiph. Hodie Chri-
 stus natus est : hodie
 Saluator apparuit: ho-
 die in terra canūt An-
 geli, latantur Archan-
 geli: hodie exultāt iu-
 sti dicentes : Gloria in
 excelsis Deo, alleluia.

V. Notum fecit Do-
 minus , alleluia .

R. Salutare suū , allel.

Oratio .

Concede quæsu-
 mus omnipotens

Deus: vt nos Vnigeni-
 ti tui noua per carnem
 natiuitas liberet, quos
 sub peccati iugo vetu-
 sta seruitus tenet . Per
 eundem Dominum .

**Ad Matutinum, Lau-
 des, & per Horas om-
 nia vt in Breuiario.**

**Ad Laud. fit tantum
 comm. de Natiuit.**

**In ij. Vesp. Antiph.
 Tecum principium. &
 reliq. vt in j. Vesp.**

**Ad Magnif. Antiph.
 Exijt sermo inter fra-
 tres , quod discipulus
 ille nō moritur: & non
 dixit Iesus, non mori-
 tur : sed , sic eum volo
 manere, donec veniā .**

Oratio .

Ecclēsiā tuā Do-
 mine, benignus il-
 lustra: vt beati Ioannis
 Apostoli tui, & Euan-
 gelistæ illuminata do-
 ctrinis , ad dona per-
 ueniat sempiterna. Per
 Dominum .

Dein-

Deindè fit commemor.
SS. Innocent.

Antiph. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocumque ierit.

V. Herodes iratus occidit multos pueros.

R. In Betlehem Iuda ciuitate Dauid.

Oratio.

DEVS, qui hodierna die præconiū Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

Posteà fit comm. de Natiuit. omisa comm.

O&. S. Stephani.

Antiph. Hodie Christus natus est: hodie Saluator apparuit: ho-

die in terra canūt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant iusti dicentes: Gloria in excelsis Deo, alleluia.

V. Notum fecit Dominus, alleluia.

R. Salutare suum, alleluia.

Oratio.

CONcede quæsumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem Dominum.

DIE XXXI. DECEM.

In Festo S. Siluestri Pape, & Conf. Dupl.

Ad Vesp. Antiph.

Tecum principium.

cum reliq. Antiph. &

Psalm. de Natiuitate

à Cap. de S. Siluestro.

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex,

& virtutū opifex, Pa-

stor bone in populo,

ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus: vt beati Siluestri confessoris tui, atque Pontificis veneranda solēnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Deindē fit commemor.
Dominicæ infra Oct.
Natiuitatis.

Antiph. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit, alleluia.

V. Verbum caro factū est, alleluia.

R. Et habitauit in nobis, alleluia.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui

mereamur bonis operibus abundare.

Pro comm. Natiuit.

Antiph. Hodie Christus natus est: hodie Saluator apparuit: hodie in terra canūt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant iusti, dicentes: Gloria in excelsis Deo, alleluia.
V. Notum fecit Dominus, alleluia.

R. Salutare suū, allel.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt nos. Vnigeniti tui nona per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro S. Ioanne, Antiph. Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus: Non moritur: sed, sic eum volo manere, donec veniam.

V. Valdè honorandus est beatus Ioannes.

R. Qui supra pectus Domini in cœna recubuit. **Oratio.**

Ecclēsiā tuā Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro S. Stephano, Añā. Sepelierunt Stephanū viri timorati, & fecerunt planctum magnū super eum.

V. Stephanus vidit cœlos apertos.

R. Vidit, & introiuit: beatus homo, cui cœli patebant. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitiā celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exora-

re Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro SS. Innocentibus;

Antiph. Innocētes pro Christo infantes occisi sunt, ab iniquo Rege lactētes interfecti sūt: ipsum sequuntur Agnū sine macula, & dicunt sēper: Gloria tibi Domine.

V. Sub throno Dei omnes Sācti clamant:

R. Vindica sanguinē nostrum Deus noster.

Oratio.

DEVS, cuius hodie. Na die præconiū Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

In j. ij. & iij. Noctur. Lect. vt in Breuiario.

Ad Laud. fiunt comm.
de Oct. Natiuitat. Do-
mini, S. Ioannis, S. Ste-
phani, & SS. Innocent.

Vesper. de Circumci-
sione Domini, absque
vlla cōmemoratione.

FESTA IANVARII.

Die xvj.

In Festo S. Marcelli
Papæ, & mart.

Duplex.

Vesperę de S. Marcel-
lo, cum comm. S. Pauli
t. Erem. reliqua, vt in
Breuiario.

In ij. Vesp. à Capit. fit
de S. Antonio Abb. cū
commem. S. Marcelli,
vt in Breuiario.

DIE XX. IANVARII.

In Festo SS. Fabiani
Papæ, & Sebastiani

Martyrum.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph.

Istorum est enim regnū
cælorum, qui contem-
pserunt vitam mundi,
& peruenerūt ad præ-

mia regni, & lauerunt
stolas suas in sanguine
Agni.

Oratio.

Infirmi-
tatem nostrā
respice omnipotens
Deus: & quia pondus
propriæ actionis gra-
uat beatorum marty-
rum tuorum Fabiani,
& Sebastiani interces-
sio gloriosa nos pro-
tegat. Per Dominum.

Deindè fit commem.

S. Canuti Martyris.

Qui vult venire post
me abneget semetip-
sum, & tollat crucem
suam, & sequatur me.
¶ Iustus vt palma
florebit.

¶ Sicut cedrus Liba-
ni multiplicabitur.

Oratio.

Deus, qui ad illu-
strandam Eccle-
siam tuam beatum Ca-
nutum Danorū Regem
martyrij palma, & glo-
riosis miraculis deco-
rare dignatus es; con-

cede propitius, vt sicut ipse Dominicæ Passionis imitator fuit, ita nos per eius vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna peruenire mereamur . Per eundem Dominum .

Reliqua vt in Breu.

In ij. Vesp. à Capit. fit de S. Agnete cum cōm. SS. Fabiani, & Sebastiani, vt in Breuiario.

DIE XXI. IANVAR.

In Festo S. Agnetis V. & M. Duplex .

Vt in Breuiario .

In ij. Vesp. à Capit. fit de S. Anastasio mart. vt in commu. vnus mart.

Ad Magnif. Antiph.

Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmam petram .

Oratio .

Presta quæsumus omnipotens Deus,

vt qui beati Anastasij martyris tui natalitia colimus ; intercessione eius in tui nominis amore robaremur. Per Dominum .

Deindè fit commem. S. Agnetis .

Antiph. Stans beata Agnes in medio flammæ expansis manibus orabat ad Dominum : Omnipotens adorande, colende, tremende, benedico te, & glorifico nomen tuum in æternum .

̄. Diffusa est gratia in labijs tuis .

R. Propterea benedixit te Deus in æternū .

Oratio .

Omnipotens sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas : concede propitius, vt qui beatæ Agnetis virginis, & martyris tuæ solemnia

colimus, eius apud te
patrocinia sentiamus.
Per Dominum.

DIE XXII. IANVAR.

In Festo S. Anatalij M.

Duplex.

In primo Noct. Lect.
de Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

A Nastasius Perfa,
in signis prestigia-
toris filius, ab ineunte
etate magicis artibus
sub iniquo Parente
operam dedit; sed ani-
maduertens prodigia,
que Sacrosancta Chri-
sti Crux in Persidem a
Cosroa Rege trasport-
tata operabatur, ab-
iecto militie cingulo,
& diabolicis prestigijs
abiuratis, vna cum So-
cio, quem etiam ad mar-
tyrij coronam perdu-
xit, Hierosolymis sa-
cro fonte Instratus, Mo-
nachum induit, breui-
que adeo in religiosæ

vitæ studio profecit, vt
omnibus esset admira-
tioni, & exemplo; vbi,
incredibile est, quot
dæmonum tentamen-
ta pertulerit, & con-
stantissime superarit.
R. Honestum fecit il-
lum Dominus, & cu-
stodiuit eum ab inimi-
cis, & a seductoribus
tutauit illum: * **E**t de-
dit illi claritatem eter-
nam. **V.** Descenditq;
cum illo in foueam: &
in vinculis non dereli-
quit eum. **E**t dedit.

Lectio v.

Diuinæ Charitatis
digne succensus,
nihil aliud habebat in
votis, quam pro Chri-
sti fide animam pone-
re, mortemque, quam
Saluator noster digna-
tus est, pro nobis pati,
reddere Saluatori. Ar-
dens hoc martyrij de-
siderium, mirifice ac-
cendit visio illa, qua

nocte quadam aureus, gémisque intertextus calix, qui procul dubio passionis calicem designabat, suauissimo liquore plenus offerri sibi visus est, quo prægustato, mira dulcedine, & fortitudine se præditum sensit. Id verò Cœnobiarchæ referens; & Monachorum precibus se commendans, progressurus in arenam, Cæsaream Palestiæ contendit, vbi nonnullis è Persarum gente repertis, qui dæmonum præstigijs addicti erant, eos acriter reprehēdit. Ab his autē tamquā explorator habitus, in arctissimā trahitur eustodiam, omni penè victu per triduum interdicto.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: **E t** voluntate laborum eius non frau-

dasti eum. **Ÿ.** Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **E t.**

LECTIO vj.

DEindè ad Marzabanam nequissimum Persarum Ducè adductus, ab eoque pluries accersitus, & obiurgatus, ad saxa ferēda damnatur, quo in labore incredibile est quanta à suis, quanta à Barbaris patientissimè pertulerit. Reuocatus denuò ad Tribunal, minasque contemnens dirissimè clauæ ictibus contunditur, quo in supplicio, & tenēri à lictoribus noluit, & nudari habitu petijt, ægrius ferens habitus monastici laniationem, quam nudati corporis discissionem. Reductus in-

carcerē Angelicis visionibus confortatus, virgis acerrimè cæsus, tibijsque ligneis instrumentis horrendo cruciatu compressus, iteratis clauæ icibus appetitus, manu suspensus, ligatoque ad pedem præingenti saxo, tandem septuaginta socijs, quos verbo, & exemplo in fide firmauerat, in propinquo flumine, præfocatis, securi percussus ad optatissimam martyrij palmam gloriôsè peruenit. Sacrum eius corpus inhumatum proiectum, nec à canibus, nec à feris læsum fuit: sed & lucidissimum, sidus super illud effulfit, quod Hierosolymā primò, deindè Romā ad Aquas Saluias, postremò ad Sancta Sanctorum delatum ibidè honorificè asseruatur.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus:*

Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. **V.** Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. **E t. G**loria. **E t.**

In iij. Noctur. Homil. super Euangel. Si quis vult post me venire. **de commu. vnus mart.**

In ij. Vesp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire post me, abneget semetipsū, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus, &c. **vt supra.**

Deindè fit commemor. S. Raymundi de Penafort Conf.

Antiph. Similabo enim viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, & ornauit eum.

R. Stulam gloriæ induit eum.

Oratio .

DEvs, qui beatum Raymundū pœnitentiæ Sacramēti insignem ministrum elegisti, & per maris vndas mirabiliter traduxisti: concede, vt eius intercessione, dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternę salutis portum peruenire valeamus. Per Dominum nostrum.

Posteà. fit commem.

S. Emerentianę virg. & mart.

Antiph. Veni Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparauit in æternum.

V. Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Intende, prosperè, procede, & regna.

Oratio .

Indulgentiam nobis quæsumus Domine beata Emerentiana, virgo, & martyr imploret, quę tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuę professione virtutis. Per Dominum.

DIE XXVII. IAN.

In Festo S. Vitaliani Papę, & Confess.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdōs, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo ora pro nobis Dominum.

Oratio.

DA quæsumus omnipotēs Deus, vt beati Vitaliani confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & deuotionem, nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Deindè fit commem.

S. Polycarpi.

Antiph. Qui vult venire post me , abneget semetipsum , & tollat crucem suam , & sequatur me .

V. Iustus vt palma , florebit . **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur . **Oratio**

DEvs, qui nos beati Polycarpi martyris tui, atque Pontificis annua solemnitate lætificas ; concede propitius, vt cuius natalitia colimus , de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum .

In j. Noctur. lect. de script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

VItalianus, Patria Signiensis, natione Campanus, Anastasio Patre, duobus ferè mensibus ab Eugenij huius nominis primi obitu, non sine publica

bonorũ omnium gratulatione , in eius locum subrogatus fuit , vir sanè disciplinæ , ac regulæ Ecclesiasticæ amantissimus , & retinentissimus. Illam in vigore suo , vt à Prædecessore lætus acceperat, ità sedulus successori reliquit, & nihil vnquam omisit , quod ad illius splendorem seruandum pertineret.

R. Inueni David seruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eũ: * **M**anus enim mea auxiliabitur ei .

V. Nihil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non nocbit ei . **M**anus .

Lectio v.

Nulli labori, nulli pepercit industriæ, vt Orientalem Ecclesiam, iam diuturno Schismate à Romana separatam, & Constantium Imperatorem,

Heraclij Nepotē Monothelitārum fautorē, impijque auctorem Typi ad meliorem frugem reduceret. Eodem animo & sine Petrum Patriarcham Constantinopolitanū, scriptis ad eum literis, hortatus est, ad reddendam Ecclesiæ pacem, & fidem Catholicam amplectendam.

R. Posui adiutorium super potentē, & exaltavi electum de plebe mea: * **M**anus enim mea auxiliabitur ei.

V. Inueni David seruū meum, oleo sācto meo unxi eum. **M**anus.

Lectio vj.

Varias scripsit epistolas, vt sacrorū Canonum indemnitati, & diuinæ fidei propagationi consuleret. In id præsertim pastoralis illius cura incubuit, non sine prospere

ro euentu: Religionem enim in Anglia collatam restituit: & cum ibi esset sacrorum Ministrorū penuria, magnum Theodórū Tharsensem, & Adriānum Abbatem eò misit: illum quidem, vt Ecclesiæ Anglicanæ Primas esset, hunc verò, vt Monasticam disciplinam restauraret. Cum demum illius pietas multum, diūque refulsisset, ac sedisset annos quatuordecim, & menses quinque, ex hac vita ad Deum migravit, Anno Christi sexcentesimo, sexagesimo nono, & in Vaticano sepultus est.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: * **I**psè intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est, qui contemp-
psit vitam mundi, &
peruenit ad cælestia
regna. **I** pse. **G**loria.
I pse.

In iij. Noctur. Homil.
super Euangel. Homo
peregrè &c. de com-
muni Conf. Pont.

In ij. Vesp. à Capit. fit
de S. Agnete secundò.

Ad Magnif. Antiph.
Stans à dextris eius
Agnus niue cãdidior,
Christus sibi sponsam,
& martyrem consecra-
uit. **O**ratio.

DEus, qui nos an-
nua beatę Agnē-
tis virginis, & marty-
ris tuę solemnitate le-
tificas; da quæsumus,
vt quã veneramur of-
ficio, etiam pię cõuer-
sationis sequamur exē-
plo. Per Dominum.

Deinde fit commem.
S. Vitaliani.

Antiph. Dum esset sũ-
mus Pontifex, terrena

non metuit, sed ad cæ-
lestia regna gloriosus
migravit.

V. Iustũ deduxit Do-
minus per vias rectas.

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei.

Oratio. **D**a quæsumus
&c. vt supra.

DIE XXVIII. IAN.
In Festo S. Agnetis se-
cundò Virg. & M.

Duplex.

Vt in die festo præter
sequen.

In j. Noctur. lect. de
script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BEata Agnes, parē-
tibus ad eius se-
pulchrum assiduè vi-
gilantibus, quadam
nocte choro virginum
comitata cum appa-
ruisset, sic ad eos locu-
ta dicitur: Ne me pa-
rentes mortuã lugea-
tis, nam vnã cum his
virginibus. viuo apud

illum

illum in cælis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia, insanabili ulceri medicinam querens, nõdum Christiana ad idem sepulchrũ accessisset; obdormiscens sibi audire visa, est vocem hanc Agnetis: *Constanter age Constantia: crede in Iesum Christum filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ sanata, paulò post vnà cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi Ecclesiam nomine beatæ Agnetis ædificauit.*

R. Induit me Dominus vestimẽto salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me: * *E*t tanquam sponsam decorauit me corona. *V.* Tradidit auri-

bus meis inestimabiles margaritas, circumdedit me vernantibus, atque coruscantibus gemis. *E*t tanquam Ex lib. S. Cypriani Ep. & Mar. de disciplina, & habitu virginũ.

Lectio v. Cap. 2.

Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus, atque ornamentũ gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas; quantòque plus copiosa virginitas numero suo addit,

tantò plus gaudium, matris augetur. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius, quam potestate: non quod extremi, & minimi, & humilitatis nostræ admodum, conscij aliquid ad celsuram licentiæ vindicemus: sed quod ad sollicitudinē magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus.

R. Mel, & lac ex eius ore suscepi: * **E**t sanguis eius ornauit genas meas. **V.** Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum repromisit. **E**t sanguis.

Lectio vj.

Nequè inanis hæc cautio est, & vana formido, quæ ad salutis viam cōsultat, quæ Dominica, & vitalia præcepta custodit, vt quæ se Christo dicaue-

rint, & à carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quàm mente se Deo vouerint, cōsumunt opus suum, magno præmio destinatum: nec ornari iam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo, studeant, à quo, & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Nō omnes capiunt verbū, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadōnes qui ex vtero matris sic nati sunt: & sūt spadōnes, qui coacti sunt ab hominibus, & sūt spadōnes, qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum.

R. Iā corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas: * **C**uius mater virgo est, cuius pater faminam nescit. **V.** Ipsi sum desponsata, cui Angeli

seruiūt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. **C**uius mater. **G**loria Patri. **C**uius mater.

IN III. NOCTVRN.

Lectio S. Euangelij secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 13.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homilia 11. in Euangelia.

Cælorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit: quatenus exemplo visibiliū se ad inuisibilia rapiat, & per ea, quæ vsu didi-

cit, quasi confricatus incalescat: vt per hoc, quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abscondito in agro cõparatur: quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.

R. Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: * **I**psi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo.

V. Dexteram meam & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas.

Ipsi soli.

Lectio viij.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inuentus thesau-

rus absconditur, vt seruetur: quia studium caelestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In praesenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depredari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est: sed, vt per hoc, quod agimus laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono

opere proximis praebeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.

R. Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te: * **Q**uia per Filium tuum vni- genitum euasi minas hominum impiorum, & spurcitas diaboli impolluto calle transiui.

V. Te confiteor labijs, te corde, te totis visceribus concupisco. **Q**uia per. **G**loria. **Q**uia . . .

Lectio ix.

Thesaurus autem caeleste est desiderium: ager verò, in quo thesaurus absconditur, disciplina studij caelestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis re-

nunciāns, cuncta sua
terrena desideria per
disciplinā cælestis cus-
todiam calcāt: vt ni-
hil iā quòd caro blādi-
tur, libeat; nihil quòd
carnalem vitam truci-
dat, spiritus perhorre-
scat. Te Deum .

In ij. Vesper. Antiph.
Psalm. & reliq. vt in
ij. Vesp. festi.

Ad Magnificat,
Antiphona.

Stans beata Agnes in
medio flammæ expan-
sis manibus orabat ad
Dominum; omnipotēs
adorande, colende,
tremende benedico te,
& glorifico nomen
tuum in æternum.

Oratio. Deus, qui nos
annua &c. vt supra.

Deinde fit commem.
S. Frācisij Salesij Epif.
& confes.

Antiph. Sacerdos, &
Pontifex, & virtutum
opifex pastor bone in

populo ora pro nobis
Dominum.

V. Amavit eum Do-
minus, & ornavi teum.

R. Stulam gloriæ in-
duiteum.

Oratio.

Deus, qui ad ani-
marum salutem
beatum Franciscum
confessorem tuum, at-
que Pontificem omni-
bus omnia factum es-
se voluisti; concede
propitius, vt charita-
tis tuæ dulcedine per-
fusi, eius dirigentibus
monitis, ac suffragan-
tibus meritis æterna
gaudia consequamur.
Per Dominum.

DIE XXX. IANVAR.

In festo

S. Felicis IV. Papæ, &
Conf. Dupl.

Ad Magnif. Antiph. .
Sacerdos, & Pontifex,
& virtutū opifex Pa-
stor bone in populo
ora pro nobis Dñm .

Oratio.

EXaudi quæsumus Domine preces nostras, quas in beati Felicis confessoris tui, atque Põtificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrum.

*Deinde fit commemor.
S. Francisci Salesij.*

Antiph. Amavit eum Dominus, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum, & ad portas paradisi coronauit eum.

V. Iustū deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui ad animarū salutem &c. *vt supra.*

In j. Noctur. lect. de script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Felix quartus Sannitis, Castoris filius diuina gratia copiosè instructus, beato Ioanne Papa in Theodorici Regis Italiae Ariani carcere defuncto, ob humilem pietatem, atque simplicitatem, cæteris prælatus, celsum Romani Episcopatus locum promeruit. Per id tempus Athalaricus Theodorici successor, quamquam & ipse Arianus, Apostolicæ tamen Sedis honori consulens, instâtisq; Romani Cleri desiderijs fauēs, suo decreto cõstituit, quod iuxtà prisce consuetudinis tenorem (ne Clerus forensibus litibus profanatus sæcularibus implicetur) si quis aliquem ad Romanum Clerum perti-

nen-

nentē in qualibet causa probabili crēderet actione pulsandum, ad Beatissimi Papæ iudicium prius veniret audiendus ; vt aut ipse inter vtrosque more suæ Sanctitatis cognosceret, aut causam deligeret, æquitatis studio terminandam. Qui verò reuerentiam tantæ Sedi exhibere contemneret, decem librarum auri dispendio mulctari iussit, per manus memorati Antistitis erogandum .

R. Inueni David seruū meum, oleo sãcto meo unxi eum : * **M**anus enim mea auxiliabitur ei . **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. **M**anus .

Lectio v.

Porrò Felix nefariã dãnauit . præsumptionem eorum , qui

Sacerdotali Ordinatione suscepta, ad sæcularis vitæ mores demigrabant. Erexit in Vrbe Basilicam Sanctorum. Cosmæ, & Damiani eo loco, qui appellatur Via sacra, iuxta templum Urbis Romæ, consumptamque incendio sancti martyris Saturnini Basilicam via Salaria, à solo refecit. Idem pauperibus largus, & miseris solatia præbens, cum crescere fecisset opes Apostolicæ Sedis, æruinosam hanc cum beata vita commutauit, sepultus in Basilica S. Petri quarto Idus Octobris, Iustiniano Imperatore, & Athalarico Italiæ Rege . Duabus Ordinationibus mense Februario, & Martio, creauit Presbyteros quinquaginta quinque, Diaconos

quatuor, Episcopos
per diuersa loca vigin-
ti nouem: Sedit in Pō-
tificatu Annos qua-
tuor, menses duos, dies
decem & octo.

R. Posui adiutorium
super potētem, & exal-
taui electum de plebe
mea: * **M**anus enim
mea auxiliabitur ei.

V. Inueni Dauid seruū
meum, oleo sāctio meo
vnxi eum. **M**anus.

Serm. S. Gregorij Papę.
2. par. Past. c. 1.

Lectio vj.

Tantū debet actio-
nem populū actio
transcendere præsulis:
quantum distare solet
ā grege vita pastoris.
Oportet namque, vt
metiri se sollicitē stu-
deat, quanta tenenda
rectitudinis necessita-
te constringitur; sub
cuius æstimatione po-
pulus grex vocatur.
Sit ergo (necessē est)

cogitatione mundus,
actione præcipuus, di-
scretus in silentio, uti-
lis in verbo, singulis
cōpassione proximus,
præ cunctis cōtempla-
tione suspensus, benè
agentibus per humili-
tatem socius, contrā
delinquentium vitia,
per zelum iustitiæ erec-
tus, internorum curā
in exteriorum occupa-
tione non minuens, ex-
teriorum prouidentiam
in interiorum solici-
tudine non relinquens.

R. Iste est qui ante
Deum magnas virtu-
tes operatus est, & om-
nis terra doctrina eius
repleta est: * **I**pse in-
tercedat pro peccatis
omnium populorum.

V. Iste est, qui contem-
psit vitā mūdi, & per-
uenit ad cælestia re-
gna. **I**pse. **G**loria Pa-
tri. **I**pse.

In iij. Noctur. Homil.

super Euang. Vigilate
&c. vt. in commu. Cōf.
Pontif.

In ij. Vesp. à Cap. fit
de S. Petro Nolasco
Conf. non Pont.

Ad Magnif. Antiph.
Similabo eum viro sa-
pienti, qui ædificauit
domum suam supra
petram. Oratio.

D E V S, qui in tuæ
charitatis exem-
plum ad fidelium re-
demptionem, sanctum
Petrum Nolasco, Ec-
clesiam tuam noua
prole fecundare diui-
nitùs docuisti; ipsius
nobis intercessione
concede, à peccati ser-
uitute solutis, in cæle-
sti patria perpetua li-
bertate gaudere. Qui
uiuus.

Deindè fit commem.
S. Felicis.

Antiph. Dum esset sū-
mus Pontifex, terrena
non metuit, sed ad cæ-

lestia regna gloriosus
migravit.

V. Iustū deduxit Do-
minus per vias rectas.

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei.

Oratio. Exaudi quæ-
sumus Domine &c. vt
suprà.

FESTA FEBRVARII.
Die iij.

In Festo S. Dionysij
Papæ, & Conf. Dup.

Vesp. de Purificatio-
ne Beatæ Mariæ Virg.
Deindè fit commem.

S. Dionysij.

Antiph. Sacerdos, &
Pontifex, & virtutum
opifex Pastor bone in
populo ora pro nobis
Dominum.

V. Amavit eum Do-
minus, & ornauit eum.

R. Stulam gloriæ in-
duit eum. Oratio.

D A quæsumus om-
nipotēs Deus, vt
beati Dionysij confes-
soris tui, atque Ponti-

ficis veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Postea fit commem. S. Blasij Episc. & Mart. Antiph. Iste Sanctus pro lege Dei sui certauit usque ad mortē, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmā petram.

V. Gloria, & honore coronasti eum Dñe.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. *Oratio.*

DEVS, qui nos beati Blasij martyris tui, atque Pótificis annua solemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiā protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum.

In j. Noctur. lect. de script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

DIONYSIUS ex Monacho post beatum Sixtum Secundum Romanæ Ecclesię Episcopus est constitutus. Is contra Sabellianos scripsit, & aduersus eos, qui filiū Dei opus, aut creaturam asseuerabant, plura volumina edidit. Dionysij Alexandrini Episcopi apud se accusati quasi qui filium Dei factum, & non substantialem Patri diceret, in Romana Synodo causam discussit, ad quē eiusdem Synodi id indignè ferentis sententiā perscripsit. Sed cum Alexandrinus Antistes iterum, atque iterum missis Romā suis scriptis, se purgasset, atque defēdisset, maturo demum consilio est absolutus. Presbyteris

Ecclesias in Vrbe Dionysius distribuit, & Cæmeteria, Parochias, atque Diocèses diuisit.

Denique multis pro Ecclesia perfunctus laboribus, ac fidei documentis clarus, Aureliano Imperatore migravit ad Dominum, sepultusque est in cæmeterio Calisti via Appia sexto Kalendas Ianuarij. Habuit mense Decembri Ordinationes duas, quibus creauit Presbyteros duodecim, Diaconos sex, Episcopos per diuersa loca septē, sedit annos vndecim, menses tres, dies quatuordecim.

R. Inuēni Dauid seruū meum, oleo sācto meo unxi eum : * **M**anus enim mea auxiliabitur ei . **V.** Nihil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non nocebit ei . **M**anus.

Sermo S. Io. Chrysoft. In Epist. ad Rom. c. 15. ser. 29. circa fin.

Lectio v.

Christum diligēs , & gregem illius utique diligit : & Moysen tum primū super populum Iudæorum posuit , quando , quæ esset in illum beneuolentia , re ipsa iam declarauerat . Dauid quoque simili modo regno inaugurātus est , posteaquam apparuerat , quā amico esset in populum affectu : ita quippè iuuenis adhuc populi causa doluit , ac zelauit , ut & animā suam exponeret , cum videlicet barbarum illū ē medio tollebat . Quod verò dicebat : Quid dabitur ei , qui alienigenam hunc interfecerit ? non ideo dicebat , quod mercedem exigeret , sed quō

sibi

sibi crederetur, & in-
pugnā cum illo com-
mitteretur: nām cum
adepta iām victoria
ad regem esset ingres-
sus, nihil de mercede
meminit .

R. Posui adiutorium
super potētem, & exal-
taui electum de plebe
mea : * **M**anus enim
mea auxiliabitur ei .

V. Inueni David seruū
meum, oleo sācto meo
vnxi eum. **M**anus .

Lectio vj.

ET Samuel quoque
benignus erat, &
amator populi : vt &
dicebat: Absit autem
hoc à me peccatum, vt
cessē pro vobis ora-
re Dominum . Itā &
Paulus, imò non itā,
sed multo plus omni-
bus ardebat erga sub-
ditos . Vndē & disci-
pulos ita erga se ani-
mauit, vt diceret: si
possibile fuisset, oculos

vestros eruissetis, mi-
hique dedissetis . Et
Christus optimi Pasto-
ris regulam proferens
dixit : Bonus pastor
animam suam ponit
pro ouibus : sunt enim
sanctorum animæ ve-
hementer mites, & ho-
minum amantes, non
solū erga domesti-
cos, sed alienos, itaut
hanc suam mansuetu-
dinem etiam ad ani-
mantia bruta exten-
dant . Propterea & sa-
piens quispiam dixit:
Iustus miseretur ani-
marum iumentorum
suorum: si iumētorum,
multo magis hominū .

R. Iste est, qui ante
Deum magnas virtu-
tes operatus est, & om-
nis terra doctrina eius
repleta est : * **I**pse in-
tercedat pro peccatis
omnium populorum .
V. Iste est qui contem-
psit vitā mundi, & per-

uenit ad cælestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua. Homil. S. Gregor. Pap.

Homil. 9. in Euang.

Lectio sancti Euangelij, fratres charissimi, sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tantò ergo esse humilior, atque ad ser-

uiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quãtò se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiscitur, seruos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post multum verò temporis positurus rationem reuertitur. Benè operâtes pro apportato lucro remunerat, seruum verò à bono opere torpentem damnat.

R. Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronauit eum.

V. Induit eum Dominus lorîcam fidei, & ornauit eum. Et ad portas. Lectio viij.

Quis itaque iste homo est, qui peregrè proficiscitur nisi Redemptor noster, qui

in ea carne, quam assumpserat abiit in cælum? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cælo collocatur. Sed homo iste peregrè proficiscens seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et vni quidem quinque, talenta, alij duo, alij verò commisit vnum. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum, idest, exteriorum scientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: ***E**t vos similes hominibus expectantibus Dominum, suum, quando reuertatur à nuptijs.

V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. **E**t vos. **G**loria Patri. **E**t vos.

Pro S. Blasio Ep. & M. Lectio ix.

Blasius, Sebaste in Armenia cum virtutum laude floreret, eiusdem Ciuitatis Episcopus eligitur, qui quo tempore Diocletianus insatiabilem crudelitatem in Christianos exercebat, se in speluncam abdidit Môtis Argéi: vbi tam diu latuit, dum ab Agricolai Præsidis militibus venantibus deprehensus, & ad Præsidem,

ductus, eius iussu coniectus est in vincula.

Quo in loco multos ægrotos sanauit, qui ad Blasium, eius fama sanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, qui desperata à Medicis salute, transuersa spina faucibus inhaerente, animam agebat. Productus autem ad Præsidem Blasius semel & iterum, cum nec blandicijs, nec minis adduci posset, vt Dijs sacrificaret, primum virgis cæsus, deinde in equuleo ferreis pectinibus dilaniatus est: postremo dempto capite, illustre fidei testimoniũ Christo Domino dedit, tertio nonas Februarij. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Blasij.

Antiph. Qui odit animam suam in hoc mũ-

do, in vitam æternam custodit eam.

V. Iustus, vt palma florebit.

R. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati Blasij &c. vt sup.

In Hymno mutatur versus.

In ij. Vesp. ad Magnif.

Añã. Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad cælestia regna gloriosus migravit.

Orat. Da quæsumus &c. vt supra.

Deinde fit commem.

S. Andreę Corsini Episcopi, & Conf.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

V. Amavit eum Dominus, & ornauit eum.

R. Stulam gloriæ induit eum.

Oratio .

DEVS , qui in Ec-
clesia tua noua
semper instauras exē-
pla virtutum : da po-
pulo tuo , beati An-
dreæ Confessoris tui,
atque Pontificis , ita
sequi vestigia , vt as-
sequatur & præmia .
Per Dominum .

DIE VI. FEBRVAR.

In Festo

**Sancti Zosimi Papæ,
& Confessoris .**

Duplex .

**In Hymno mutatur
versus .**

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos , & Pontifex,
& virtutum opifex , Pa-
stor bone in populo ,
ora pro nobis Dñm .

Oratio .

DA quæsumus om-
nipotens Deus :
vt beati Zosimi con-
fessoris tui , atque Pon-
tificis veneranda so-
lemnitas , & deuotio-

nem nobis augeat , &
salutem . Per Dominū .

**Deindè fit comme-
moratio S. Agathæ vir-
ginis , & Mart.**

Antiph. Stans beata
Agatha in medio car-
ceris , expansis mani-
bus orabat ad Domi-
nū : Domine Iesu Chri-
ste magister bone , gra-
tias tibi ago , qui me
fecisti vincere tormen-
ta carnificum : iube me
Domine , ad tuam im-
marcescibilem gloriā
feliciter peruenire .

¶ Diffusa est gratia
in labijs tuis .

℞ Propterea benedi-
xit te . Deus in æternū .

Oratio .

DEVS , qui inter cę-
tera potētę tuę
miracula , etiam in se-
xu fragili victoriam
martyrij contulisti ; cō-
cede propitijs , vt qui
beatę Agathę virginis,
& martyris tuę nata-

lita colimus, per eius
ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Postea fit commemoratio.

S. Dorotheæ virg. & M.

Antiph. Veni Sponsa
Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus
preparauit in æternum.

V. Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Intende, prosperè,
procede, & regna.

Oratio.

Indulgentiam nobis
quæsumus Domine
beata Dorothea virgo,
& martyr imploret,
quæ tibi grata semper
extitit, & merito
castitatis, & tuæ
professione virtutis. Per.

**In j. Noct. Lectiones
de script. occurr.**

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Zosimus Græcus
Abrahamij filius
post Sanctum Innocentium
Romanæ Eccle-

siæ Episcopatum suscepit. Is Africanorum
Conciliorum decretis
aduersus Pelagianam
hæresim, sententiæ suæ
robur adnexuit, & ad
impiorum excidium
gladio Petri, dexteras
omnium armavit Antistitum;
ijs namque ab ipso probatis
per totum mundum hæresis
Pelagiana damnata est:
Damnauit & Pelagium
ipsum vna cum Cælestino,
datis hac de re literis
ad vniuersam Ecclesiam.

R. Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo
unxi eum: **M**anus enim
mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus
in eo, & filius iniquitatis
non nocbit ei. **M**anus.

Lectio v.

Ecclésiasticæ discipline
tenacissimus fuit,
compluribus ad

eam vbique siue seruãdam, siue restituendã destinatis grauibus Epistolis. Diffinijt iuxta probatũ Ecclesiãe morem, vt si quis ab infãtia Ecclesiasticis ministerijs nomen dedisset, inter Lectores vsq; ad vigesimum ætatis annum, cõtinuata obseruatione duraret. Si verò maior iam, & grãdauus post baptismũ, siue inter Lectores, siue inter Exorcistas, quinquẽnio teneretur, & inde Acolythus, vel Subdiaconus, quatuor annis, & sic ad Diaconatum (si mereretur) accederet ; in quo ordine quinque annis hẽrere deberet, & inde suffragãtib; votis, Sacerdotium promereri posset.

R. Posui adiutorium super potentẽ, & exaltavi electum de plebe

mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Inueni David seruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum. **Manus.**

Lectio vj.

S Anciuit, vt Diaconi læuas linostimis pallis tegerent, potestatẽq; fecit, vt per Parochias paschalis Cereus benediceretur. Cavit prætereà ne Clerico poculũ propinaretur in publico, præterquã in fidelium cellis, & maximè Clericorum. Qui cum sanctissimè rexisset Ecclesiam annum vnum, menses quatuor, dies septem, quieuit in pace; sepultusque est iuxta Corpus Sancti Laurentij martyris via Tiburtina septimo Kalendaras Ianuarij, Honorio, & Theodosio Iuniore imperantibus. Vna Ordinatione mẽ-

se Decembri, creauit Presbyteros decem, Diaconos tres, Episcopos per diuersa loca octo.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est qui contempnit vitam mundi, & peruénit ad cælestia regna. Ipse. **Gloria Patri. Ipse.**

IN III. NOCTVRN.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij
Papæ.

Homil. 9. in Euang.

Lectio sancti Euangelij, fratres charissimi, sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tantò ergo esse humilior, atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quãtò se obligatiorem esse conspiciat in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiscitur, seruos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post multum verò temporis positurus rationem reuertitur. Benè operâtes pro

apportato lucro remunerat, seruum verò à bono opere torpentem damnat .

R. Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum: * **E**t ad portas paradisi coronauit eum.

V. Induit eum Dominus lorîcam fidei, & ornauit eum. **E**t ad portas. **Lectio viij.**

Q Vis itaque iste homo est, qui peregrè proficiscitur nisi Redemptor noster, qui in ea carne, quam assumpserat abiit in cælum? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cælo collocatur. Sed homo iste peregrè proficiscens seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et

vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commisit vnum. Quinque etenim sunt corporis sensus: videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * **E**t vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs.

V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. **E**t vos. **G**loria Patri. **E**t vos.

Pro S. Dorothea virg.
& mart. Lect. ix.

Dorothea virgo,
ex Cæsareâ Cap-
padocię, propter Chri-
sti confessionem ab A-
pricio Præside cõpre-
hensa, Crystæ, & Calli-
stæ sororibus, quæ à fi-
de defecerant, tradita
est, vt eam à proposito
remouerent. Sed con-
tra factum est: Nam
eas Dorothea ad cul-
tum Christianæ reli-
gionis reduxit, prop-
ter quam etiam marty-
riũ susceperunt. Qua-
re virgo equuleo diũ
torta, & palmis cæsa,
ad extremum capitis
damnata, duplicatam
virginitatis, & marty-
rij palmam accepit.
Te Deum.

In Laud. pro comm.
S. Dorotheæ virg. & m.

Antiph. Simile est re-
gnum cælorum homi-
ni negociatori, quæretĩ

bonas margaritas: in-
uenta vna pretiosa, de-
dit omnia sua, & com-
parauit eam.

V. Diffusa est gratia
in labijs tuis.

R. Propterea benedi-
xit te Deus in æternũ.

Oratio. Indulgentiam
nobis &c. vt supra.

In ij. Vesp. à Capit. fit
de S. Romualdo Abb.

Ad Magnif. Antiph.

Similabo eum viro sa-
pienti, qui ædificauit
domum suam supra
petram. **Oratio.**

Intercessio nos quę-
sumus Domine, bea-
ti Romualdi Abbatis
commendet: vt quod
nostris meritis nõ va-
lemus, eius patrociniõ
assequamur. Per Do-
minum nostrum.

Deindè fit commem.
S. Zofimi.

Antiph. Dum esset sũ-
mus Pontifex, terrena
non metuit, sed ad cæ-

lestia regna gloriosus
migravit .

V. Iustū deduxit Do-
minus per vias rectas .

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei .

Oratio. Da quæsumus
&c. vt supra .

DIE IX. FEBRVARII.

In Festo S. Anthéri Pa-
pæ, & mart. Dupl.

Vesp. de S. Ioanne de
Matha conf. non Pont.

à Cap. de S. Anthéro .

Ad Magnif. Antiph.

Iste sanctus pro lege
Dei sui certavit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enim erat su-
pra firmam petram .

Oratio .

Infirmam nostrā
respice omnipotens
Deus, & quia pondus
propriæ actionis gra-
uat beati Anthéri mar-
tyris tui, atque Ponti-
ficis intercessio glorio-
sa nos protegat . Per .

Deinde fit commemoratio
S. Ioannis de Matha.

Antiph. Hic vir despi-
ciens mundum, & ter-
rena triumphans, diui-
tias cælo condidit ore
manu .

V. Iustū deduxit Do-
minus per vias rectas.

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei . **Oratio.**

DEVS, qui per San-
ctum Ioannem
de Matha Ordinē San-
ctissimæ Trinitatis ad
redimendum de pote-
state Saracenorū Cap-
tiuos cælitus institue-
re dignatus es: præsta
quæsumus, vt eius suf-
fragantibus meritis, à
captiuitate corporis,
& animæ te adiuuante
liberemur . Per Dñm .

Postea fit commemoratio

S. Apollonię virg. & m.

Antiph. Veni Sponsa
Christi, accipe coronā,
quā tibi Dominus præ-
parauit in æternum .

V. Spe-

V. Specie tua , & pulchritudine tua. **R.** Intēde , prosperè procede, & regna. **Oratio.**

DEVS, qui inter cetera potentiaē tuę miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrij cōtulisti: cōcede propitius, vt qui beatę Apolloniaē virginis , & martyris tuę natalitia colimus , per eius ad te exemplum gradiamur . Per Dñm.

In j. Noct. Lect. de script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANthérus natione Græcus Patre Romulò post Sanctum Pontianum, Romę ordinatus est Episcopus. Is gesta Martyrum diligenter à Notarijs cōquisiuit, ac in Ecclesia recondidit. Propter eā causā à Maximo Præfecto martyrio coro-

natus est tertio Nonas Ianuarij , sepultusque in Cæmeterio Calixti via Appia , Maximino Principe. Vnica Ordinatione mense Decembri ordinavit Episcopum Fundanę Ciuitatis in Campania: sedit in Pontificatu mensum vnum, dies duodecim.

R. Honestum fecit illum Dominus , & custodiuit eum ab inimicis , & à seductoribus tutauit illum: * **E**t dedit illi claritatem eternam. **V.** Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. **E**t dedit.

Serm. S. August. Episc.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAstor bonus Christus. Quid Petrus? Nonne bonus pastor? Nonne & ipse animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus?

Quid

Quid ceteri Apostoli?
 Quid eorum tempora
 consequentes beati Epi-
 scopi martyres? Quid
 etiam iste Sanctus An-
 thérus? Nonne omnes
 pastores boni, nō mer-
 cenarij, de quibus di-
 citur; Amen dico vo-
 bis, perceperunt mer-
 cedem suam? Omnes
 ergo illi pastores bo-
 ni, non solum quia
 sanguinem fuderunt,
 sed quia pro ouibus
 fuderunt. Non enim
 fuderunt elatione, sed
 charitate.

R. Desiderium animæ
 eius tribuisti ei Domi-
 ne: * Et voluntate la-
 biorum eius non frau-
 dasti eum.

V. Quoniam præveni-
 sti eum in benedictio-
 nibus dulcedinis: po-
 suisti in capite eius
 coronam de lapide
 pretioso. Et volunta-
 te labiorum.

Lectio vj.

NAm & apud Hæ-
 reticos, qui prop-
 ter iniquitates, & erro-
 res suos aliquid mole-
 stiarum perpeffi fue-
 runt, nomine martyrij
 se iactant: vt hoc pal-
 lio dealbati facilius
 furentur, quia lupi sūt.
 Si autem vultis scire,
 in quo numero habendi
 sunt, pastorem bo-
 num Paulum Aposto-
 lum audite: Quoniam
 non omnes, qui corpo-
 ra sua in passione etiā
 ignibus tradunt, æsti-
 mādi sunt sanguinem
 fudisse pro ouibus, sed
 potius contra oues. Si
 distribúero, inquit,
 omnia mea pauperi-
 bus, & tradidero cor-
 pus meum, vt ardeam:
 Iam ipsi sunt. Sed vide
 quid sequitur: Chari-
 tatem autem non ha-
 beam, nihil mihi pro-
 dest. Ecce venitur, ad

passionem, ecce venit & ad sanguinis effusionem, venit & ad corporum incensionem: & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem profunt omnia: detrahe charitatem, nihil profunt cætera.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus:*

Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum.

Et. **G**loria Patri. **E**t coronam.

IN III. NOCTVRNO

Lectio sancti Euāgelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 14.

In illo tempore dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, &

filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homil. 37. in Euangel.

SI cōsideremus, fratres charissimi, quæ & quanta sunt, quæ nobis promittuntur in cælis, vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque substantia supernæ felicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quam quædā prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quan-

quanta sint gaudia ; Angelorum choris interesse , cū beatissimis spirítibus gloriæ conditóri assistere , præsentem Dei vultum , cernere , incircūscriptū lumen vidére , nullo mortis metu áffici , incorruptionis perpetuæ munere latári ?

R. Corona aurea super caput eius : * **E**xpressa signo sanctitatis , gloria honoris , & opus fortitudinis .

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis , posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso . **E**xpressa .

Lectio viij.

Sed ad hæc audita inardescit animus : iamque illic cupit assistere , vbi se sperat sine fine gaudére . Sed ad magna præmia perueniri non potest , nisi per

magnos labores . Vnde & Paulus egregius prædicator , dicit : Non coronabitur , nisi qui legitimè certauerit . Deléctat ergo mentem magnitudo præmiorum , sed non deterreat certamen laborum . Vnde ad se veniéntibus Veritas dicit : Si quis venit ad me , & non odit patrem suum , & matrem , & vxorem , & filios , & fratres , & sorores , adhuc autem & animam suam , nõ potest meus esse discipulus .

R. Hic est verè martyr , qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit : * **Q**ui minas iudicum non timuit , nec terrenæ dignitatis gloriam quæsiuit , sed ad cælestia regna peruénit .

V. Iustū deduxit Dominus per vias rectas ,

& ostendit illi regnum
Dei. **Qui. Gloria Patri. Qui.**

**Pro S. Apollonia virg.
& mart. Lectio ix.**

Apollonia, virgo
Alexandrina, sub
Decio Imperatore,
cum ingrauescente iam
ætate ad idola sisteretur,
vt eis venerationem
adhiberet: illis contemptis
Iesum Christum,
verum Deum colendum
esse predicabat. Quamobrem
omnes ei contusi sunt,
& euulsi dentes: ac nisi
Christum, detestata deos
coleret, accenso rogo
combusturos. viam minati
sunt impij carnifices.
Quibus illa, se quamuis
mortem pro Iesu Christi
fide subitura, respodit.
Itaque comprehensa, vt
comburetur, cum paulisper,
quasi deliberans quid
agendum esset, stetit.

set, ex illorum manibus
elapsa, alacris in ignem
sibi paratum maiori
Spiritus sancti flamma
intus accensa, se iniecit.
Vnde breui consumpto
corpore, purissimus spiritus
in celum ad sempiternam
martyrij coronam euolauit.
Te Deum.

**In Laud. pro comem.
S. Apollonie V. & M.**

Antiph. Simile est regnum
celorum homini negotiatori,
querenti bonas margaritas:
inuenta vna pretiosa
dedit omnia sua,
& comparauit eam.

V. Diffusa est gratia,
in labijs tuis.

R. Propterea benedixit
te Deus in æternum.

Oratio. Deus, qui inter
cætera potetia &c.

vt supra.

**In ij. Vesp. à Cap. de
S. Telesphoro Papa
& mart.**

Ad Magnif. Antiph.

Iste Sanctus pro lege
Dei sui certauit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enimerat su-
pra firmam petram.

Oratio.

DEVS, qui nos beati
Telesphori mar-
tyris tui, atque Ponti-
ficis annua solemnita-
te lætificas: concede
propitius, vt cuius na-
talitia colimus, de
eiusdem etiam prote-
ctione gaudeamus.
Per Dominum.

Deindè fit commemor.**S. Anthéri.**

Qui vult venire post
me, abneget semetip-
sum, & tollat crucem
suam, & sequatur me.

V. Iustus vt palma
florebit. **R.** Sicut ce-
drus Libani multipli-
cabitur. **Oratio.**

Infirmi-
tatem nostrā
respice omnipotens

Deus, & quia pondus
propriæ actionis gra-
uat beati Anthéri mar-
tyris tui, atque Ponti-
ficis intercessio glorio-
sa nos protegat. Per .
DIE X. FEBRVARII.

In Festo

**S. Telesphori Papæ,
& mart. Dupl.**

**In j. Noct. Lect. de
script. occur.**

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Telesphorus, na-
tione Græcus, Pa-
tria Thuriensis in ma-
gna Græcia, ex Pres-
bytero Romanæ Ec-
clesiæ (cuius dignum
ministrum egerat) Pō-
tifex Maximus creatus
est. Hoc supremum
munus ita obijt, vt exi-
mius Petri successor
lectus esse videretur;
In eius cathedra sedit
sub Imperatore Anto-
nino Pio, feruente per-
secutionis æstu. Qui

tamen non obstitit, ne sedulam operam regēdæ Christi Ecclesię sollicitus nauarit.

R. Honestum fecit illum Dñs, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribusturauit illum: * **Et dedit illi claritatem æternam.**

V. Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. **Et dedit.**

Lectio v.

Hinc nouis decretis multa illum egregiè fanciuisse legimus, quæ ad Fidelium mores, Ecclesiasticorū libertatem, & sacros ritus attinent; scilicet Quadragesimale ieiuniū iam olim ab Apostolis traditum, nouo edito restaurasse, ac mandasse, vt in Natali Domini sanctum Misæ sacrificium ter celebraretur, media nocte,

illucescente aurora, hora demum tertia, post solis ortum; Et constituisse, vt sacre Liturgiæ hymnus Angelicus, Gloria in excelsis Deo, adderetur.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * **Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.**

V. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **Et voluntate.**

Lectio vj.

EDixisse quoque, ne Sacerdotes à populo arguerentur, vt sublimis ordinis dignitati consuleret. Ordinatione quadruplici, mense Decēbri, creauit Presbyteros duodecim, Diaconos octo, Episcopos tresdecim, per diuersa loca. Cū

autem in propaganda fide ardentissimus esset, ac proinde Idolorum Sacerdotibus inuisus, captus tandem, capitis abscissione, martyrium consummauit Nonis Ianuarij, & eius corpus in Vaticano sepultum est.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus:*

Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

V. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. **E**t coronam. **G**loria Patri. **E**t coronam.

In iij. Nocturno **H**omilia super Euangel. Si quis vult post me venire. de communi vnus mart.

In ij. Vesp. à Cap. fit de S. Agathone Papa, & Confess.

In Hymno mutatur versus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio.

DAquesumus omnipotens Deus: vt beati Agathonis confessoris tui, atque Pontificis veneranda solenitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Deinde fit commemor. S. Telephori.

Antiph. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

V. Iustus, vt palma, florebit.

R. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati &c. vt supra.

DIE XI. FEBRVARII.

In Festo

S. Agathonis Papæ,
& Conf. Dupl.In j. Noct. Lect. de
Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Agatho, natione Siculus ex doctissimo, ac sanctissimo Monacho, Romanus Pontifex creatus est, anno Christi sexcentesimo septuagesimo octauo. Vir summa humanitate, eximio animi candore, singulari morum suauitate, & comitate præditus, cunctorum amans, cunctis amabilissimus. Ita demum à natura, & gratia comparatus, vt ad supremam illam dignitatem gerendam, natus, seu factus esse videretur.

R. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo

vnxi eum: * **M**anus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. **M**anus.

Lectio v.

Acceptis à Constantino Pogonato literis ad Donum prædecessorē scriptis, pro conuocando Concilio Oecumenico, ad diuturnum schisma tollendum, quo laborabat Ecclesia, & definiendas fidei controuersias, quæ toto ferè Oriēte maximas tempestates, atque ruinas excitārant; Prouinciales Synodos in Occidente haberi curauit, in quibus Monothelitārum causa discuteretur, & damnarentur errores.

R. Posui adiutorium super potētem, & exaltaui electum de plebe

E mea:*

mea: * Manus enim,
mea auxiliabitur ei.

¶ Inuéni Dauid seruū
meum, oleo sācto meo
vnxi eum. *M*anus.

Lectio vj.

His præmissis, le-
gatos suos, & Cō-
cilij Romani, misit Cō-
stantinopolim cum bi-
nis literis ad Impera-
torem, in quibus præ-
dicta hæresi doctè, fu-
sè, ac solidè refutata,
damnatisq; primarijs
illius sectatoribus, Ser-
gio scilicet, Cyro, Pau-
lo, Pyrrho, Petro, &
alijs, Antecessores suos
ab omni erroris labe
immunes hucusque
fuisse, expressis verbis,
declarauit. Agathónis
igitur auctoritate, sex-
tā Synodus vniuersa-
lis congregata est, in
qua iidem errores, ij-
demque errātes dam-
nati fuerunt. Demum
cū tres annos, & quin-

que circiter menses se-
disset, piè obiit in Do-
mino, & in Basilica,
Principis Apostolorū
sepulture mādatus est.

℞. Iste est, qui ante,
Deum magnas virtutes
operatus est, & omnis
terra doctrina eius
repleta est: * Ipse in-
tercedat pro peccatis
omnium populorum.

¶ Iste est, qui contemp-
psit vitā mūdi, & per-
uenit ad caelestia re-
gna. Ipse. *G*loria Pa-
tri. Ipse.

*In iij. Noct. Homilia
super Euangel. Homo
peregrè. de communi
Conf. Pont.*

*In ij. Vesp. à Capit. fit
de S. Hygino Pap. & M.*

Ad Magnif. Antiph.
Iste Sanctus pro lege
Dei sui certauit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enimerat su-
pra firmam petram.

Oratio .

Infirmi-
tatem nostrā
Deus, & quia pondus
propriæ actionis gra-
uat, beati Hygini mar-
tyris tui, atque Ponti-
ficis intercessio glo-
riosa nos protegat .
Per Dominum .

Deindè fit *commem.*
S. Agathónis .

Antiph. Dum esset sū-
mus Pontifex, terrena
non metuit, sed ad cæ-
lestia regna gloriosus
migravit .

V. Iustū deduxit Do-
minus per vias rectas .

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei .

Oratio. Da quæsumus
&c. vt supra .

DIE XII. FEBRVAR.

In festo

S. Hygini Pap. & mart.

Duplex .

In primo Nocturno
Lectioes de scriptu-
ra occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Hygínus Atheniē-
sis, Philosopho
Patre, cum iam Roma-
næ Ecclesiæ Presbyter
esset, Cleri suffragijs,
Telesphoro suffectus
est. Sedit in sancta Pe-
tri Sede, Imperatore
Antonino Pio Augu-
sto, annos tres, Menses
vndecim, dies viginti
octo. Vbi primum Pō-
tifex renunciatus est,
Clericorum Ordines
in suos gradus distin-
xit, ac fecit, vt in ijs
Ecclesijs, quas titulos
vocant, tum primarij
Ministri, tum alij eif-
dem subiecti adessent,
qui fidelibus, cum res
postularet, sacra mini-
strarent .

R. Honestum fecit il-
lum Dominus, & cu-
stodiuit eum ab inimi-
cis, & à seductoribus
tutauit illum: * Et de-

dit illi claritatem æternam. **V.** Descēditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. **E**t dedit.

Lectio v.

Instituit etiam, ne absque celebratione Missæ, Tempia, vel Oratoria sacro ritu consecrarentur; ne inconsulto Episcopo, vel noua. construerentur, vel iam constructa destruerentur, & ne materies ad sacrum illum vsus congregata, & destinata, in prophanos vsus cōuerterētur: Edixit præterea, vt Patri ni Baptismo adessent, qui de sacro fonte infantes leuarent; Ne quis Episcopus reus criminis damnaretur, nisi à Comprovincialibus Episcopis eius causa probè discussa fuisset. Cūcta hæc eius titulo, ac nomine san-

cita extant. Tres ordinationes habuit mense Decembri, in quibus creauit Episcopos sex, Presbyteros quindécim, Diaconos quinque.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei. Domine: **E**t voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **E**t voluntate.

Lectio vj.

Cum autem paulò cantè, Iustinus clarissimus Philosophus, & Christi martyr scripsisset Apologiam pro Religione Christiana ad Imperatorem Antoninum Pium Augustum, obtinuit, vt persecutio desequiret. Hinc à Christianorum cæ-

de, non quidem omnino, plurimum tamen, publico Principis edito temperatum est. Sanctissimo tamen Pastore, cuius cura, Dominico Gregi consultum fuerat, parcitum non fuit, nempe hic glorioso martyrio, ne Antecessoribus dissimilis esset, innocentissimam vitam terminauit, die vndecima Ianuarij, & sepultus est in Vaticano.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

V. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Si quis venit ad me. de com-

muni vnus martyr.

In ij. Vesp. à Cap. fit de S. Gregorio II. Papa, & confes.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Pastor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quæ sumus omnipotens Deus, vt beati Gregorij confessoris tui, atq; Põtificis venerãda solemnitas, & deuotione nobis augeat, & salutem. Per.

Deindè fit commem. S. Hygini.

Antiph. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

V. Iustus vt palma florebit.

R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmi-
nostram &c. vt supra.

DIE XIII. FEBR.

In Festo

S. Gregorij II. Papæ ,
& Conf. Duplex.In j. Noct. Lect. de
Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Gregorius, huius nominis secundus natione Romanus, Patre Marcello, Anno Christi septingentesimo decimo quarto, mirabili totius Cleri, & Populi concordia, ad supremum Ecclesię Catholicę Pontificatum euectus est. Hic à pueritia Diuino cultui addictus in nostro Lateranensi Patriarchio sub beati Sergij oculis, & disciplina vixerat, Subdiaconi primum, tum sacellarij munere functus. Mox Bibliothecę cura illi credita, ad Diaconatus tandem Ordinem

promotus, in Regiam Urbem, vnà cum Sanctissimo Papa Constantino profectus est. Ibi ab Imperatore de nonnullis capitibus interrogatus, cum sacrarum literarum peritissimus esset, & constatissimus rerum Ecclesiasticarum defensor, optima & Catholica responsione, Principi satisfecit.

R. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum : * **M**anus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. **M**anus.

Lectio v.

Vrbis mœnia contra Longobardorum excursions, aliqua ex parte reparauit. Aliquot Basilicas, temporum iniuria collapsas restituit. Urbana Monasteria ferè de-

fer-

serta , & Monachos in
pristinam formam , &
disciplinam redégit .
Imò post mortem Ho-
nestæ Matris , paternã
domum in Ecclesiam ,
& Monasterium com-
mutauit , quod multis
prædijs instructum re-
líquit . Corbinianum , &
Bonifaciũ viros Apo-
stolicos , spiritu plenos
in Germaniam misit ,
ad prædicandum Gé-
tilibus Christi Euāge-
lium , eosq; sacris Epi-
scopatus Infulis deco-
rauit , postquàm innu-
meram Paganorum
multitudinem , ab ijs
ad Christi fidem con-
uersam fuissè , accepis-
set . Vt omnes optimi
Pastoris partes imple-
ret , optimis legibus
Ecclesiasticam disci-
plinam , & Christiano-
rum mores instruxit .
Geminam Synodum
Romæ habuit , alteram

aduersus illicita con-
iugia , alteram aduer-
sus Iconoclástas .

R. Posui adiutorium
super potētem , & exal-
taui electum de plebe
mea : * Manus enim
mea auxiliabitur ei .

V. Inuēni Dauid seruũ
meum , oleo sãcto meo
vnxi eum . Manus .

Lectio vj.

Leonem Isaurum
sacrarum Imagi-
num destructorem va-
rijs epistolis ab illa
hæresi remouere , om-
nique illum officiorũ
genere sibi demereri
studuit ; cum tamen hic
ad sceleris cumulum ,
optimum Pontificem
neci tradere ferro , se-
xies , semel auro , &
muneribus corruppe-
re , quamuis frustra ,
tentasset : Luitprando ,
cum Exarco ad exci-
dium Vrbs properan-
ti , Sanctissimus Ponti-

fex, Dei fretus præfidio, ad prata Neronis occurrit, & pijs monitis Regis animum ita molluit, vt non iam hostis, sed pius adorator ensem, & coronam Principi Apostolorum obtulerit. Cùm autem Imperator destructione machinaretur, eundem diro anathemate percudit, & inito cum Francis fœdere ab impio molimine deterruit. Rebus demùm præclare gestis, quibus maximis quibusque prædecessorum suorum æquiparatur, piè obijt in Domino, sexto Põtificatus, anno, & in Basilica Vaticanã cõditus est.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis

omnium populorum. **V.** Iste est qui contempfit vitã mundi, & peruénit ad cælestia regna. **I** pfe. **G**loria Patri. **I** pfe.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Homo peregrè .. de communi Conf. Pont.

In ij. Vesp. à Cap. de S. Iohãne Chrysofomo Episc. & Conf.

In Hymno mutatur Versus.

Ad Magnif. Antiph.
O Doctor optimè, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Iohãnes Chrysofome, diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei..

Oratio.

Ecclesiam tuam, quæsumus Domine, gratia cælestis amplificet: quam beati Ioannis Chrysofomi confessoris tui, atque Pontificis illustrare

voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per.

Deinde fit commemor.
S. Gregorij .

Antiph. Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad cælestia regna gloriosus migravit .

℣. Iustū deduxit Dominus per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum Dei .

Oratio. Da quæsumus &c. vt supra .

Postea fit commemor.

S. Valentini Presbyt.

& mart.

Añã. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmam petram .

℣. Gloria, & honore coronasti eum Dñe .

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio .

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per Dominum .

DIE XIV. FEBRUAR.

In Festo

S. Ioānis Chrysofomi

Ep. & Conf. & Eccl.

Doct. Dupl.

Omnia vt in Breuiar. die 27. Ianuarij.

Ad Laud. pro comm.

S. Valentini mart.

Antiph. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam .

℣. Iustus vt palma florebit .

℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur .

Oratio. Præsta quæsumus &c. vt supra .

In ij. Vesp. fit de S. Ioāne Chrysofomo .

Antiph. & Oratio vt supra in j. Vesp.

Deinde fit commem.

Inuent. Corporum SS. Diodori & c. MM.

Añs. Istorum est enim regnum Cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.

V. Lætamini in Domino, & exultate iusti.

R. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio .

DEVS, qui nos concedis Sanctorum martyrum tuorum, Diodóri, Mariáni, & Sociorum Inuentionē colere: da nobis in æterna beatitudine eorum societate gaudere. Per Dominum.

Posteà fit commem.

SS. Faustini, & Iouitæ Martyr.

Antiph. Vestri capilli

capitis omnes numerati sunt: nolite timere, multis passeribus meliores estis vos.

V. Exultabunt Sancti in gloria.

R. Lætabuntur in cubilibus suis. **Oratio.**

DEVS, qui nos annua Sanctorum, martyrum tuorū Faustini, & Iouitæ solemnitate lætificas: concede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

DIE XV. FEBRVAR.

In Festo Inuentionis

Corporum SS. Diodori Presbyt., Mariani Diaconi, & Sociorū Mart. Semid.

In j. Noct. Lect. de

Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SÆUIENTE in Christi fideles Numeriano Cæsare inter eos, quos

per-

persecutionis rabies abstulit Mundo, & Cælo donauit, enituere Chryfantus, & Daria nobilissimi coniuges, qui in Arenaria Salaria viæ effossa terra lapidibus obruti, parem martyrij coronam meruere. Ad quem locum, cum ingens Christianorum concursus, pietatis causa, quotidie conueniret, id impiè ferens iniquus Cæsar, iussit Kalendis Decembris, quo die solito numerosior erat conuentus, ab ostio criptæ amoueri parietem, omnesque qui aderant, ruinis opprimi, quos inter eminebant Diodorus Sanctissimus Presbyter, & Marianus Leuita integerrimus, cum innumera promiscui ordinis, & sexus gloriosa multitudine, studio, & ope-

ra beati Stephani Patre huius nominis Primi exulta, & ad omnem pietatis normam erudita.

R. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, seruietes præceptis tuis, vt inueniretur illæsi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via sine impedimento.

V. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

Post multum verò temporis sedente, Stephano VI. Pontifice omnium virtutum titulis insignito, & inperquirendis. Sanctorum Reliquijs studiofissimo, diuina reuelatione ei locus ostensus fuit, in quo beatorum martyrum Diodori, & Sociorum corpora cõ-

de-

debatur. Quamobrem pia sedulitate opus aggre ditur, effoditur terra, mirifica odoris fragrantia operarios, nec laboribus, nec ieiunijs laxatos recreat, noctuque caelestes musicae, & Angelorum concentus obaudiuntur, lux mira praefulget, qua sacro horrore percussi, ab ingressu Populi reuerentes arcentur. Inuentos sacros Artus ipse beatus Pontifex, & colligit, & in feretro locat, quod proprijs humeris efferens indictis Litanijs, coactoque Clero, & multitudine copiosa Populi, plurimis discalceatis pedibus prosequentibus, religioso ordine facum, & lampadarum praeeunte, in nostrum Lateranense Patriarchium derulit, & honorifico loco recondidit.

R. Verbera carnificum non timuerunt sancti Dei, morientes pro Christi nomine: * **Vt** haeredes fierent in domo Domini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. **Vt.**

Lectio vj.

N Ec defuere huic praeclearae Inventioni diuina prodigia. Nam Franco vir nobilis a Pontifice operi Praefectus, lampadem aqua plenam, paruoque oleo superimposito ardere iussit, quae diebus septem continuo illuxit, nec villo ventorum turbine valuit extingui, quin etiam, nec minimus, ut assolet, inuertenda humo teter odor nares offendit, ita ut potius crederentur colligi rosarum, ac liliorum manipuli, quam telluris gleba tractari.

Adelfredus autem, qui non pietatis ergò, sed turpis: lucri gratia, clàm sacrorum offium particulam abstulerat, diuinam illicò. sensit vltionem: Nam à duobus venerabilibus viris per visum acriter increpátus, adstantibus Tortoribus præacuto. ense scindendus traditus, adeò crudeliter tortus. septiduo fuit, vt penè spiritum exalarit. Sed diuina ignoscente clementia restituto, cum lacrymis sacro furto pristinae redditus sanitati, quàm sanctè debeant sãcta tractari, proprio periculo edidicit, vnãque cum cæteris, mirabilia quæ operatur Deus in Sanctis suis, agnouit.

R. Tamquam aurum in fornace probauit electos. Dominus: &

quasi holocãusti hostiã accépit illos: & in tempore erit respectus illorum: * **Q**uoniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidút in illum, intelligent veritatẽ: & fideles in dilectiõne acquiescēt illi. **Q**uoniam. **G**loria. **Q**uoniam.

IN III. NOCTVRN.

Lectio S. Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 6.

In illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidónis. Et reliqua.

Homil. S. Ambrosij Ep.

Lib. 5. in Luc. cap. 6.
post inít.

Aduerte omnia diligenter quomo-

do

do & cum Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthæus docet in inferioribus debiles esse sanatos: Prius enim vnusquisque sanandus est, vt paulatim virtutibus procedentibus, ascendere possit ad mōtem. Et ideò quemque in inferioribus sanat, hoc est, à libidine réuocat, iniuriã cæcitatatis auerit. Ad vulnera nostra descendit: vt vsu quodam & copia suæ naturæ, comparticipes nos faciat esse regni cælestis.

R. Propter testamen-

tum Domini, & leges paternas, sancti Dei perstitērunt in amore fraternitatis: **Q**uia, vnus fuit semper spiritus in eis & vna fides. **V.** Ecce quam bonū, & quam iucū dum habitare fratres in vnū. **Q**uia. **Lectio viij.** **B**Eati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines Sanctus Lucas Dominicas posuit, octo verò Sanctus Matthæus: sed in illis octo istæ quatuor sūt, & in quatuor istis illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est cardinales; ille in illis octo mysticum numerum, reserauit. Pro octaua enim multi inscribuntur Psalmi; & mandatum accipis octo illis partem dare, fortasse benedictionibus. Sicut

enim

enim spei nostræ octaua perfectio est, ita octaua summa virtutum est .

R. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis: * Mercedem laboris ego reddam vobis . **V.** Venite benedicti Patris mei percipite regnum . **Mercedem . Gloria . Mercedem .**

**Pro Sanctis Faustino ,
& Iouita Martyr .**

Lectio ix .

Fauſtinus, & Iouita fratres, nobiles Brixiani in multis Italiae Urbibus, quò vinciti ſæuiente Traiani perſecutione ducebantur, acerbiffima ſupplicia perpeſſi, fortes in Chriſtianæ fidei conſeſſione perſtiterunt . Nàm Brixia diù vinculis conſtricti, feris etiã obiecti, in ignemque coniecti, & à be-

ſtijs, & à flamina integri, & incolumes ſeruati ſunt: indè verò iſdemque catenis colligati Mediolanum venerunt, vbi eorum, fides tentata exquisitiſſimis tormētis, tamquam igne aurum, in cruciatibus magnis enituit . Poſtea Romã miſſi, ab Euaristo Põtifice confirmati, ibi quoque crudeliſſimè torquentur . Denique perducti Neapolim, in ea etiam vrbe variè cruciati, vincitis manibus pedibusque, in mare demerguntur: vndè per Angelos mirabiliter erepti ſunt . Quare multos & conſtantia in tormentis, & miraculorum virtute ad Chriſti fidem conuertèrunt . Poſtremò reducti Brixiam initio ſuſcepti ab Adriano imperij, ſecuri percuſ-

ſi,

si, illustrem martyrij
coronam acceperunt .

Te Deum .

**In Laud. pro comm.
SS. Faustini, & c. MM.**

Añã. Istorum est enim
regnum cælorum, qui
contempserunt vitam
mundi, & peruenerunt
ad præmia regni, & la-
uerunt stolas suas in
sanguine Agni .

Ÿ. Lætamini in Do-
mino, & exultate iusti .

R. Et gloriamini om-
nes recti corde .

Oratio. Deus, qui nos
annua & c. vt supra .

**In ij. Vesp. à Cap. fit
de S. Vincentio Mart.**

Ad Magnif. Antiph.
Iste Sanctus pro lege
Dei sui certauit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enim erat su-
pra firmam petram .

Oratio .

Adesto Domine
supplicationibus

nostris, vt qui ex ini-
quitate nostra reos nos
esse cognoscimus, bea-
ti martyris tui Vincē-
tij intercessione libe-
remur. Per Dominum
nostrum .

**Deindè fit commem.
Inuentionis Corporū
SS. Diodori & c.**

Antiph. Gaudent in
cælis animæ Sanctorū,
qui Christi vestigia
sunt secuti, & quia pro
eius amore sanguinem
suum fuderunt, ideò
cum Christo exultant
sinè fine .

Ÿ. Exultabunt Sancti
in gloria .

R. Lætabuntur in cu-
bilibus suis .

Oratio. Deus, qui nos
concedis & c. vt supra .

DIE XVI. FEBRVAR.

In Festo

**S. Vincentij Martyris .
Semiduplex .**

**In j. Noct. Lect. de
Script. occur.**

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Vincentius, Osca
in Hispania cite-
riore natus, à prima
ætate studijs deditus,
sacras literas à Va-
lerio Cæsaraugustano
Episcopo didicit: cuius
etiam partes suscepit
prædicandi Euan-
gelium, quòd Episco-
pus, propter linguæ
impedimentum, præ-
dicationis officio fun-
gi non poterat. Ea re,
ad Daciánum, prouin-
ciæ à Diocletiano, &
Maximiano præpositû
delata, Vincentius Cæ-
saraugustæ cõprehen-
ditur, & vinctus ad
Daciánum Valentiam
adducitur. Vbi verbe-
ribus, & equuleo tor-
tus, multis præsetibus,
cum nulla aut tormen-
torum vi, aut acerbi-
tate, vel lenitate ver-
borû à proposito de-

terreri posset; in crati-
cula impositus, prunis
ardentibus suppositis,
ac ferreis vnguibus ex-
carnificatus, candenti-
busq; laminis exustus,
iterum ducitur in car-
cerem stratû testaceis
fragmentis, vt eius nu-
dû corpus, somno op-
pressû, à subiectis etiã
testarum aculeis tor-
queretur.

R. Honestum fecit il-
lum Dominus, & cu-
stodiuit eum ab inimi-
cis, & à seductoribus
tutauit illum: * **E**t de-
dit illi claritatem eter-
nam. **V.** Descēditque
cum illo in foueam: &
in vinculis non dereli-
quit eum. **E**t dedit.

Lectio v.

Verum, illo in te-
nebricosa inclu-
so custodia, clarissi-
mus splendor obortus
totum carcerem illu-
strauit: quæ lux cum

summa admiratione omnes, qui aderant, afecisset; res à custode carceris ad Daciánum defertur, qui eductum in molli culcitra collocat: & quem cruciatibus in suam sententiam trahere non poterat, delicijs perducere conatur. Sed inuictus Vincentij animus Iesu Christi fide, speque munitus vicit omnia: & ignis, ferri, tormentorum immanitate superata, victor ad caelestem martyrij coronã aduolauit, vndecimo Kalendas Februarij. Cuius corpus, cum proiectum esset inhumatum; coruus, & à volucris, & à lupo vnguibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Daciánus illud in altum mare demergi iubet: sed indè etiam diuini-

tus eiectum ad littus, Christiani sepeliunt.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * **E**t voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **E**t voluntate labiorum.

De expositione S. Ambrosij Episcopi in Psalium ceteresimum decimum octauum.

Serm. 21. LECTIO VI.

P Rincipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quòd iniuste persecutionum tormèta sustineat: qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum;

putauerit esse violandum: qui nihil legibus debeat, & grauiora latronum sustinere cogatur supplicia: qui loquatur iuste, & non audiatur: qui loquatur plena salutis, & impugnetur: vt possit dicere; Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine: impugnatur vt noxius, cum sit in tali confessione laudabilis: impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. **V.** Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus,

& aqua sapientiæ salutaris potauit illum.

Et. Gloria Patri. **Et** coronam.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Si quis vult post me venire, de comm. vnus mart.

In ij. Vesp. à Cap. fit de S. Martina Virg. & Mart. vt in Breuiario die 30. Ianuarij.

Deindè fit commemoratio S. Vincentij.

Antiph. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

V. Iustus vt palma florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Adesto Domine &c. vt supra.

DIE XVII. FEBR.

In Festo S. Martine V. & M. Semidupl.

Omnia vt in Breuiario die 30. Ianuarij.

In ij. Vesp. fit comm.
S. Simeonis Episcopi,
& Martyris.

Ad Magnif. Antiph.
Iste Sanctus pro lege
Dei sui certauit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enimerat su-
pra firmam petram ..
V. Gloria, & honore
coronasti eum Domine.
R. Et constituisti eum
super opera manuum
tuarum. Oratio.

Infirmam nostram
respice omnipotens
Deus: & quia pon-
dus propriæ actionis
grauat, beati Simeonis
martyris tui, atq; Pôti-
ficis intercessio glorio-
sa nos protegat. Per.
DIE XXV. vel XXVI.

Februarij.

Anno Bissextili ..

In Festo S. Felicis III.
Pap. & Conf. Dup.
Vesp. de S. Matthia
Apost.

Deindè fit commem.
S. Felicis.

Ad Magnif. Antiph.
Sacerdos, & Pontifex,
& virtutum opifex Pa-
stor bone in populo
ora pro nobis Dñm.
V. Amavit eum Do-
minus, & ornauit eum.
R. Stulam gloriæ in-
duit eum. Oratio.

DA quæsumus om-
nipotens Deus,
vt beati Felicis Con-
fessoris tui, atque Pon-
tificis veneranda solè-
nitas, & deuotionem
nobis augeat, & salu-
tem. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de
Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

Felix Tertius patria
Romanus, natus ex
nobilissima domo Ani-
cia, & Diui Gregorij
Magni Atauus. post
Simplicium Papam ad
Summi Pontificatus api-

cem

cem est euectus. Hic mira animi constantia tametsi Roma sub Eru-
lis Arrianis propemodum captiua videretur, alijque Patriarche conciliationem Zenonis Imperatoris approbassent, solus illi non comunicauit. Eiusdem de fide edictum promulgatis, audaciam fortiter repressit. Petrum Fullone Patriarchatu Antiocheno deiecit. Acacium Constantinopolitanum Episcopum Romam venire coegit, vt contra eum obiectis, in Apostolica Sedis iudicio responderet, ac in eundem sententia excommunicationis animaduertit.

B. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

V. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

iniquitatis non nocet ei. **Manus.**

Lectio v.

Constituit, vt Ecclesie non nisi ab Episcopis consecrarentur; semel baptizatos, iterum rebaptizari sub grauibus penis prohibuit. Basilicam Sancti Agapiti construxit. Anno eius Pontificatus tertio, Sanctus Barnabas Apostolus, cum Sancti Matthaei Evangelio, in Cypro Antheimio Episcopo Salamina apparuit; sicque prauia trina reuelatione corpus Sancti Barnabe cum Evangelio supradicto est inuentum. Duas fecit Ordinationes mense Decembri, quibus creauit Romae Presbyteros viginti nouem, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca triginta. Quinto Kalenda-

das Martij, è terris excedēs ad superos euolauit .

R. Posui adiutorium super potentē, & exaltai electum de plebe mea : * **M**anus enim mea auxiliabitur ei .

V Inueni David seruū meum, oleo sācto meo vnxi eum. **M**anus .

Serm. S. Gregorij Pap.

Ex homil. 38. in Euāg.

Lectio vj.

Quia nonnūquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium verba conuertūt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tāto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat . Neque enim res lōgè antè gestas dicimus, sed eas, de quibus testes existunt, eisque interfuisse se referunt, memora-

mus . Tres Pater meus Sorores habuit, quæ cunctæ tres Sacræ Virgines fuerunt; quarum vna Tarsilla, alia Gordiāna, alia Emiliāna dicebatur : Quadam verò nocte huic Tarsillæ (quæ inter Sorores suas virtute continuæ orationis, afflictionis studio, abstinentiæ singularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore, & culmine sanctitatis excreuerat) sicut ipsa narrauit, per visionē Ataus meus Felix huius Romanæ Ecclesiæ Antistes apparuit, eique mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicēs: Veni, qui in hac te lucis mansionē suspicio. Qua subsequenti mox febre correpta ad diem peruēnit extremum, & sicut nobilibus fæminis, virisque morientibus

multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora eius exitus multi viri, ac foeminae eius lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque adfuit; cum rursus illa respiciens Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione cepit circumstantibus clamare, dicens, recedite, recedite, Iesus venit. Cumque in eum intederet; quem videbat, sancta illa anima a carne soluta est, tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet, illuc auctorem suauitatis venisse.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: * I pse in-

tercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est qui contempsit vitam mundi, & peruénit ad caelestia regna. **I** pse. **G**loria Patri. **I** pse.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Homo peregrinatus. **vt in commu. Conf. Pont.**

In ij. Vesp. ad Magnif. Antiph. Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad caelestia regna gloriosus migravit.

Oratio. De quaesumus &c. **vt supra.**

FESTA MARTII.

Die ij.

In Festo S. Simplicij Papae, & Confess.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo ora pro nobis **Dám.**

Oratio.

DA quęsumus. omnipotens Deus, vt beati Simplicij confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & deuotionem nobis. augeat, & salutem. Per Dominũ.

In j. Noct. Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Simplicius Tyburtinus. Patre Castõrio proximẽ post Sanctum Hilarium Romanę Ecclesię Principatum suscepit, ac difficillimis temporibus. (cum magna ex parte Christiani Orbis, Catholica Fides ob cunctos ferẽ Principes. hæresi infectos, nutaret) summa vigilantia gubernauit. Leoni Imperatori petenti, vt rata haberentur cõcessa ab Episcopis Synodi Calcedo-

nensis, Ecclesię Constantinopolitanę priuilegia, uehementiũs restitit, misso etiam eã ob causam Constantinopolim suo Legato. Eãdem pastoralis sollicitudine plurimum laborauit, vt Timotheus Elirus, Alexandrina Ecclesię inuãsor, qui Constantinopoli liberẽ degẽs, adnitebatur quam maximẽ propagare hæresim, nouumque Zenonis Imperatoris opera. cogi. concilium, pelleretur in exilium, sicque integritati suę Alexandrina redderetur Ecclesiã. Reliquorum item perduellium pro noua Synodo indicenda conatibus, fortiter obstetit, asserens noua Concilia non facilẽ conuocãda, nisi cum aliquid in prauis sensibus nouum, aut in assertione

dog-

dogmatum emerfisset
ambiguum.

R. Inuéní Dauid feruú
meum, oleo sãcto meo
vnxí eum : * **M**anus
enim mea auxiliabitur
ei. **V.** Nihil proficiet
inimicus in eo, & filius
iniquitatis non noce-
bit ei. **M**anus.

Lectio v.

D Annauit iterum
Petrum Moggú
alterum Alexandrinæ
Sedis inuasorem, cu-
rauitque, vt ex Vrbe
pelleretur, nè aliquos
modicæ fidei inficeret,
& ad peruersitatis suæ
factionē pertraheret.
Timotheo Solofaciolo
legitimo eiusdem Ec-
clesiæ Antifititi, iuxtà
pristinum institutú per
suos Legatos erroris
sui condonationē ex-
petēti, idcirco quod ti-
more perterritus Dio-
scorum ad Altare no-
minasset, veniã imper-

tijt. Antiocheni Epi-
scopi electionē ad se-
ditiones vitandas Cō-
stantinopoli in Conci-
lij Nicæni præiudiciū
peractam, ea lege ratã
habuit, vt deinceps se-
cundum Patrum diffi-
nitiones, Orientali Cō-
prouincialium Episco-
porum Synodo, crea-
tio Antiocheni Põtifi-
cis reseruaretur. Obla-
tiones Ecclesię ita parti-
endas esse præcepit,
vt vna dumtaxat por-
tio Episcopo, vna iti-
dem Clero, duæ verò
in Ecclesiæ fabricam,
& peregrinos, ac pau-
peres erogarentur. Ze-
nónem Episcopum Hi-
spalensem, Vicaria Se-
dis Apostolicæ aucto-
ritate fulciuit, ne Apo-
stolicę institutionis de-
creta, & Sanctorum
terminos Patrum, in
Hispanijs transcendendi
permitteret.

R. Posui adiutorium
super potētem, & exal-
taui electum de plebe
mea: * **M**anus enim
mea auxiliabitur ei.

V. Inueni David seruū
meum, oleo sācto meo
vnxi eum. **M**anus.

Lectio vj.

S Tatuit in Vrbe
Hebdomadas, vt
propter baptismum,
& pœnitentiam peten-
tes, Presbyteri quidē
de Regione prima,
apud Sanctum Paulū,
de tertia apud Sanctū
Laurentium, & de sep-
tima apud Sanctum
Petrum manerent. De-
dicauit Basilicas S. Ste-
phani in Cælio Monte,
Sancti Andree Apo-
stoli iuxtā Sanctam
Mariam, item aliam
S. Stephani, iuxtā Sañ-
ctum Laurentium, ac
postremò Sanctæ Bi-
bianæ martyris aliam,
intrā Urbem iuxtā Pa-

latium Licinianum; ;
itemque vasa complu-
ra tūm argentea, tūm
aurea Romanæ contu-
lit Ecclesiæ. Demūm,
Zenone Imperatore, &
Odoacre Italiæ Rege,
migravit ad Dominū.
Habuit Ordinationes
tres mense Decembri,
quibus creauit Pres-
byteros quinquaginta
octo, Diaconos vnde-
cim, Episcopos per di-
uersa loca triginta sex.
Sacerdotium admini-
strauit annos quindecim,
menses quinque,
& dies decem.

R. Iste est, qui ante
Deum magnas virtu-
tes operatus est, & om-
nis terra doctrina eius
repleta est: * **I**psē in-
tercedat pro peccatis
omnium populorum.

V. Iste est qui contem-
psit vitā mundi, & per-
uenit ad cælestia re-
gna. **I**psē. **G**loria. **I**psē.

In iij. Noct. Homilia
super Euangel. Homo
peregrè, vt in comm.
Conf. Pont.

In ij. Vesp. ad Magnif.
Antiph. Dum esset sū-
mus Pontifex, terrena
non metuit, sed ad cæ-
lestia regna gloriosus
migravit.

Oratio. Da quæsumus
&c. vt supra.

DIE IV. MARTII.

In Festo S. Lucij Papæ,
& Mart. Duplex.

Ad Magnif. Antiph.

Iste sanctus pro lege
Dei sui certauit vsque
ad mortem, & à verbis
impiorum non timuit,
fundatus enim erat su-
pra firmam petram.

Oratio.

DEVS, qui nos bea-
ti Lucij martyris
tui, atque Pontificis
annua solemnitate læ-
tificas: concede pro-
pitius, vt cuius nata-
litiā colimus, de eius-

dem etiam protectio-
ne gaudeamus. Per.

In j. Noct. Lect. de
script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

LVCIUS Romanus
Patre Porphyrio
post Sancti Cornelij
consumationem, Ro-
manæ Ecclesiæ Episco-
patum tenuit. Sanxit,
vt duo Presbyteri, ac
tres Diaconi Ecclesia-
stici causa testimonij
quouis loco Episcopū
non desererent. Pacem
lapsis dandam, & pœ-
nitentia acta commu-
nicationis fructum ne-
gandum non esse, spi-
ritu Dei plenus (vt
S. Cyprianus scripsit)
litteris suis significat.
Ob Christi fidem exi-
lio relegatus, & post-
modum ad Ecclesiam
suam incolumis redire
permisus, tãdem om-
ni Ecclesiæ facultate,

Archidiacono suo Stephano prius tradita, capite truncatus est quarto Nonas Martij, Gallo, & Volufiano Principibus. Duas habuit Ordinationes mense Decembri, quibus Presbyteros quatuor, Episcopos per diuersa loca septem creauit. Eius corpus primo via Appia ad Sanctum Sixtum, in Cemeterio Calixti sepultum, inde a Paschali Papa in Sanctæ Cecilie Titulum vnâ cum eiusdem Virginis, & Sociorum Corporibus translatum, ibi sub sancto Altari collocatum fuit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: * **Et** dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in foueam, &

in vinculis non dereliquit eum. **Et** dedit. De Epistola S. Cypriani Episcopi, & Martyris, & Collegarum eius ad S. Lucium Papam, & Martyrem.

LECTIO V.

Nuper quidem tibi frater charissime gratulati sumus, cum te honore geminato in Ecclesie sue administratione, confessorem pariter, & Sacerdotem constituit diuina dignatio: Sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atque vniuersæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria, & laudibus vestris, reduces vos denuo ad suos fecerit, benigna Domini, & larga protectio; Ut pascendo gregi Pastor, & gubernandæ nauis Gubernator, & plebi regendæ Rector red-

deretur : Et appareret relegationem vestram, sic diuinitus esse dispositam, non vt Episcopus relegatus, & pulsus, Ecclesiæ deesset, sed vt ad Ecclesiã maior rediret; neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt; aut nõ consumatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus à Domino, vixit ad gloriam . In Confessoribus Christi dilata martyria, non merita confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine : * **E**t voluntate labiorum eius non fraudasti eum .

V. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso . **E**t voluntate .

Lectio vj.

Representatum videmus in vobis, quod apud Regem, fortes atque illustres pueri prædicauerunt, ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne Dijs eius seruirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent; Deum tamen, quem colebant, quemque & nos colimus potentem esse, vt eos de camino ignis eximeret, & de Regis manibus, ac de pœnis præsentibus liberaret; quod inuenimus in cõfessionis vestræ fide, & in Domini circa vos protectione nunc gestum : vt cum vos parati fueritis, & prõpti

omne subire supplicium, Dominus tamen vos poenae subtraheret, & Ecclesiae reseruaret. Regrediētibz vobis, breuiata non est in Episcopo confessionis suae dignitas, sed magis creuit Sacerdotalis auctoritas, vt Altari Dei assistat Antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente Antichristo, paret ad praelium milites, non solum sermonis, & vocis incitamento, sed fidei, & virtutis exemplo.

R. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * **E**t coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

V. Cibauit illum Dominus pane vitae, & intellectus: & aqua sa-

pietiae salutaris potauit illum. **E**t coronam. **G**loria Patri. **E**t coronam.

In iij. Noct. Homilia super Euangel. Si quis vult venire post me, vt in communi vnus martyr.

In ij. Vesp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Oratio. Deus, qui nos beati Lucij &c. vt sup.

Deinde fit conuuiem. S. Casimiri Conf.

Antiph. Similabo eum viro sapienti, qui aedificauit domum suam, supra petram.

V. Amavit eum Dominus, & ornauit eum.

R. Stola gloriae induit eum. **Oratio.**

DEus, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, san-

ctum Casimirū virtute
constantia roborasti :
quæsumus , vt eius in-
tercessione fideles tui
terrena despiciant , &
ad cælestia sēper aspi-
rent . Per Dominum .

DIE V. MARTII.

In Festo S. Casimiri
Conf. Semidupl.

Omnia vt in Breuia-
rio die 4. currentis .

DIE XII. MARTII.

In Festo

S. Gregorij Papæ , &
Confessoris , & Ec-
clesiæ Doctoris .

Duplex .

Omnia vt in Breuia-
rio .

FINIS PARTIS HYEMALIS .





DIE XVIII. FEBR.

In Festo
B. GREGORII X.

PAPÆ, ET CONF.

Duplex minus.

Omnia de Communi
Confessoris Pontificis,
præter ea, quæ hic ha-
bentur propria.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam
tuam Beati Gre-
gorii Confessoris, atque
Pontificis, Religionis
zelo, & apostolicis cu-
ris amplificasti: ejus me-
ritis, & intercessionem
concede, ut Fidei, &
Sanctitatis nova semper
incrementa suscipiat. Per
Dominum nostrum &c.
AD MATUTINUM.

In primo Noct. Lectio-
nes de Script. occurr.

Si verò celebretur in
Quadragesima Lectio-
nes de Libro Ecclesiasti-
ci Laudemus Viros glo-
riosos, ut in Communi
Conf. Pont. 2. loco.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Gregorius Decimus
Thealdus, seu The-
obaldus antea nuncupa-
tus Placentiæ ad Æmi-
liæ fines nobili Viceco-
mitum genere natus est.
Adolescens Ecclesiasti-
cæ Militiæ adscriptus
singulari nituit honesta-
te morum, vitæque
munditia, nulla unquam
ut creditur, criminis
contagione polluta. In
Galliâ cum Jacobo Car-
dinali Pecorario Gre-
gorii Noni Legato pro-
fectus, Archidiaconus
Leodiensis renunciatus
est. Eo in Italiam re-
deunte, Theologiæ Pa-
risiis operam dedit, ac
Magistri munus adeptus,
verbo, & exemplo Fi-
deles, ac Principes ad
Terræ Sanctæ recupera-
tionem vehementer ac-
cendit. In Syriam dein-
de peregrinatus, dum

Festa Februarii.

ibi sacram expeditionem urgeret, à Cardinalibus Viterbii Pontificis electionem in annum ferè tertium protrahentibus, in Petri Sedem euectus est anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Lectio v.

ACcepto Ptolemaide electionis decreto in Italiam navigavit, ac Viterbium se contulit, deinde Romam, ubi anno infrequente sollemniter inauguratus est. Ab ipso Pontificatus exordio ad Generalis Concilii celebrationem curas, & cogitationes omnes adjecit. Eo Lugdunum Galliarum indicto, Michaelem Paleologum Græcorum Imperatorem, tum alios Christianos Principes, & Græcæ, Latinæque Ecclesiæ Præsules litteris aman-

tissimis invitavit, accersitis etiam eximiis doctrina, & sanctitate Viris, uti Sancto Thoma Aquinate in ipso itinere vita functo, Sancto Bonaventura, Sancto Philippo Benitio, Beato Alberto Magno, Petro de Tarantasia Ordinis Prædicatorum, qui eisdem in Pontificatu successit. Igitur Œcumenicam Synodum Patrum numero omnium frequentissimam, cui præfuit Pontifex ipse, Græcis ejurato schismate ad Ecclesiæ unitatem receptis, decretis pro sacra expeditione subsidiis, editisque pluribus sanctissimis legibus trimestri spatio feliciter celebravit.

Lectio vi.

DE Pace in Ecclesia firmanda cum primis sollicitus, Prælatorum diffidia, Regum ini-

Festa Februarii.

micitias, Provinciarum odia, populorum factiones composuit, diremit, extinxit. Ecclesiæ jura etiam adversus Reges, & Principes severè, ac fortiter vindicavit, nullam esse prædicans solidiorem Regnorum basim, quàm tutelam Ecclesiasticæ libertatis. Pauperum amantissimus, primus omnium in Apostolico Palatio piarum in illos largitionum, Præsidem constituit, iisque propriis manibus pedes quotidie abluebat. In Italiam à Concilio redux, dum profectioem in Palestinam meditatur, pluraque alia è Christianæ Reipublicæ bono moliretur, Aretii in Hetruria morte

interceptus est quarto ab electione sua anno, mense quarto, die decima. Fuit Vir animi planè invicti & Apostolici, terrenorum contemptu, cultus divini studio, fidei zelo, disciplinæ, & morum restauratione, rerum gerendarum prudentia, fortitudine, magnanimitate, aliisque virtutibus prorsus eximius. Miraculis post mortem claruisse Ecclesiæ Aretinæ Monumenta testantur.

In iii. Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evang. Homo peregrè proficiscens 1. loco.

Missæ Statuit de Comuni Conf. Pont.

Date	Description	Debit	Credit
1790	Jan 1	100	
1791	Feb 1	200	
1792	Mar 1	300	
1793	Apr 1	400	
1794	May 1	500	
1795	Jun 1	600	
1796	Jul 1	700	
1797	Aug 1	800	
1798	Sep 1	900	
1799	Oct 1	1000	
1800	Nov 1	1100	
1801	Dec 1	1200	
1802	Jan 1	1300	
1803	Feb 1	1400	
1804	Mar 1	1500	
1805	Apr 1	1600	
1806	May 1	1700	
1807	Jun 1	1800	



SPECIAL 93-B
2380

THE CITY LIBRARY

